ܕ Repellere, repudiare; ἀπώθειν, Iudic. 6. 2. Reg. 23.

ܕ Satellites, lictores, Marc. 14. Matth. 27. ὑπηρέται, Act. 5.

ܕ Labore, dolore, moleſtia affectus. à verbo ܕ; de quo ſuprà. Sic redditur ab Aquila, quod in Hebræo eſt נְחֻשָׁל Deuteron. 25.

ܕ & ܕ Dæmonium. frequens in Euangelio vocabulum.

ܕ Sæpè vſurpatur ad rem certam oſtendendam, hoc modo; ܕ ܕ ܕ hoc eſt, ſcripſit de eo ipſo, ſiue de eodem. & ܕ ܕ ܕ Obiectio illius eiuſdem. Sæpè etiam vſurpatur pro pronomine, ſuus, ſua, ſuum.

ܕ & ܕ, Proprietas, ἰδιότης, quod videlicet ad certã rem pertinet, ſiue ad certum indiuiduum, vt loquuntur Dialectici, atq. ad certam perſonã, non ad vniuerſam ſpeciem. Nã ܕ, et ܕ vocant ipſam certam perſonã. Et quod Latini dicunt, ſinguloshomines. Facta ſunt autem iſta Nomina, ab illo quod proximè dixi reciproco Pronomine ܕ, hoc eſt, ſuus.

? Græcorũ δέ, autem, verò, &c. & interdum, δή.

ܕ Sunt animalia, quæ ?, vocantur Hebraicè, Pſal. 104. Ibices, vt volunt Iudæi, fortaſſis damæ, **Dachs** Germanicè.

ܕ

ſtigare, παροξύνειν, Hebr.10. παροργίζειν, Act.13. hoc eſt, concitare. Item ἐρεθίζειν, irritare; prouocare ad iram, aut ad aliam rem, Pſal.78. & Deut.31. vnde Nomen , irritamentũ, incitamentum.

τρίβολος. 2.Reg.12. Bellicum inſtrumentum, quod ferreum muricem Curtius vocat; Vegetius tribulum, quia feminis tribuli formam habet.

Onus, φορτίον. Iudic.9.

Vſurpatur pro ἀποκνίζειν, Vellicare, amputare, decerpere. 1.Reg. 9.

ἐλεφάντινον, dictio eſt compoſita ex , quod os ſignificat; & , quod elephantem.

Contundere, comminuere. Ephrẽm de compoſitione hominis. & Nomen pro eo quod eſt Hebraicè שַׁחַל Pſal. 91. animalis ſpecies quædam, ſiue Leo ſit, ſiue Draco. neq. enim eſt hoc certum adhuc ſatis.

Radere, Deut. 21. Act. 21. Iudic.16. 2.Reg.9.

Exhaurire, cumulatim auferre. Germani dicũt **erösen.**

Qui ſunt in inſidiis, Luc.20. Exploratores, Hebr. 11. 1. Reg. 26. Ephræm ſic vocat nares, qui odoratus ſagacitate explorant res. Et verbum ipſum vſurpatur pro cõſyderare, explorare. Ceteroqui eſt palpare, vt apud Targumiſtas. Vnde Hebr.12. ψηλαφωμένῳ πυρί, eſt . Nam τέ, ὄρει, quod illic additur, non eſt à Syro repræſentatum, in peruulgatis certè codicibus.

ἅψασθαι, tangere. Ioſu.2. & 9. ac Iudic.6. 1.Regum 6.

Contactus. à verbo , quod modò dicebam.

aqua proſicitur. Bar-cepha parte 1.cap.21.& 28. Et Pſ.94. vbi eſt in Hebræo יביעו, effutient, eructabunt verba. habet Syrus effundunt, & veluti euomunt. Similiter 1. Reg. 6. Et Nomẽ ponitur pro ἰσχίον, femur, 2.Reg.9.

Videtur ſignificare idem quod סלק, ſurſum emicare. Vide alia tamen teſtimonia vt conquiras.

Commendare, fidei cõmittere, Luc.12. Petri 4. Act. 14. Tobiæ 4. vnde eſt Nomen , depoſitum, quod alterius fidei commiſimus, & apud eum reliquimus. Tobiæ 1. Eſt etiam σωεσθαι, commendare, vt hominem aliis hominibus. Rom.16.

Abominari, deteſtari, ſpernere, βδελύττεσθαι. Deut.23. vbi eſt Græcè, οὐ βδελύξῃ ἰδουμαῖον, Non deteſtaberis Idumæum, &c.

Increpare duriter, ἐπιπλήττειν. 1.Tim. 5. eſt Hebræorum vox.

Ala. & hoc quoq. ab Hebræis ſumptum eſt.

Pro Gabbatha, Io. 19. qua voce, vt Hebræa, dicit vocatum fuiſſe λιθόστρωτον locũ.

Vitis. in quo nomine litera Tau habet duritatis notã, quia excidit Nun, quæ eſt tertia poſitionis litera, vt ex Hebræo נֶפֶן eſt manifeſtum.

Mœchatus eſt. vnde Adulter. Eſt autem ex ordine quieſcentium in medio. at quando pertinet ad geminãtia ſecundam literã, tum ſignificat σύρειν, trahere. vt Act.14. & 17. vnde eſt etiam verbum quadratum , traxit, Act.8.

λεπρός, lepra infectus, 4.Reg.5. & Lepra.

Incitare, hortari, inHiphil, pro habitare, vt Ioan.1. Habitauit in nobis. Et Luc. 1. atque Act. 5. ἐπισιάζειν. Et Act.2. καταοικοῦσιν. vbi in Hebræo eſt שבן habitare. Et ἐπιπίπτειν, incidere, incumbere, ſuperuenire, Act.10. Et ἐπικλυσθῆς. 2.Corinth.12. Et Pſalmo 137. Dexteram tuam Domine, facito incumbere ſuper me. Vbi litera Gomal habet Kuſoi, vt ſolet prima poſitionis in Hiphil eorũ verborum, quæ geminant ſecundam. Item ἐφάλλεσθαι, inſilire. 1.Reg.10. Inſiliet in te ſpiritus Domini.

Conſternare, permouere animo. Vnde quod Ioſue 5. in Græco eſt κατεπλάγησαν, vertit Syrus . Item 1. Regum 1. καρδία ἐξεστηκῶς, eſt à Syro redditũ . Et Deuterono.30. quod Græcè eſt, ὑπέροχος, eſt conuerſum à Syro . Et Act.2. κατενύγησαν, compuncti ſunt. eſt in Syro . Et 1. Reg.20. Græcũ ἐθραύσθη, perculſus erat animo ſcilicet Ionathas. eſt in Syro, .

Græcum eſt, γένος, genus. Significat præterea hortum, ſiue Paradiſum. quem etiam Græci γάνος vocant aliquando. Bar-cepha parte 1. ca. 28. in initio.

Vide ſuprà pertinet etiam ad ordinem geminantium ſecundam literam. Et tum ſignificat, adhærere, coniungi. Et in Hiphil, accumbere, incumbere. vnde eſt , pro eo quod Græcè eſt, ἐκοίμησεν ἐπὶ τὸ παιδάριον, incubuit in puerum, 4. Regum 4. Et actiuè facere vt cubet aliquis, 2. Reg. 8. At ex quieſcentibus in fine, ſignificat Ebullire, prouomere, veluti cùm ſiphonibus

Adulter, Pſ.50. 1. Cor. 6.

Idē quod קיש, ſtipula. Pſ. 83. feſtuca, καρφος, Matth. 7. At numero plurali ponitur pro קוצים ſpinis, Pſal. 116.

Fiducia, παῤῥησία. quaſi dicas aperta fronte, Hebr. 10. Idē 1. Tim. 3.

Idē: videlicet παῤῥησία. Heb. 4. eſt enim vtriuſq. vocabuli eadem notatio.

ſiue , in Piel, in exſilium abduxit; vt apud Hebræos הגלה 4. Reg. 15. poſitio eſt . Sed Vau acceſſit loco geminationis mediæ literæ.

Defraudare, auferre, orbare, Luc. 19. ἀδικεῖν. 1. Cor. 1. Et abſolutè, carere, priuari, orbari, 2. Reg. 17.

ἔλεγχος, argumentū. ac ſi dicas, manifeſtatio, patefactio, repræſentatio, Hebr. 11. in definitione fidei. Et oraculum. vnde pro Græco χρηματίζη ὁ θεός, reddit ipſe oraculum; eſt in Syro 3. Regum 17.

Impudentem eſſe. vnde , ἀναιδὴς, impudēs. Deutero. 28.

Idē quod τραῦμα, vulnus, Iudic. 15.

Declinare, ſecedere, Ioā. 5. vbi habet Syrus: Ieſus ſeceſſerat in turbā. Et in Hithpael, σκανδαλίζεσθαι, 1. Regum 23. vnde eſt latibulū, σκέπη. 1. Re. 25. & Pſal. 18. in latibulum ſuum. At Deuter. 25. poſitum eſt pro, καταγινώσκειν.

Latus. Ephræm. vnde eſt , ad latus, hoc eſt, ἐγγὺς, propè, iuxta, Act. 9. ἐχόμενα, contiguè, Iudic. 19. πλησίον, Ioſ. 15.

Thalamus, tabernaculū: opinor, à verbo , ex ordine geminantium ſecundam. quod ſæpè vſurpatur in Hiphil, denus. vide infrà

Deficere, diminui, Lu. 12. ἐκλείπειν, Ioſuæ 4. Pſalm. 69. & actiuè, orbare, ἀτεκνόω. Deuter. 32. Vnde eſt nomen ex Hithpael formatū ; hoc eſt ἀτεκνουμένη, orba. 4. Reg. 2.

In Hithpael, æſtuare, Act. 5. incendi, inflammari, Iudic. 6. Pſal. 18. Eſt autem litera Vau in medio poſita loco geminationis literæ Zain. Significat etiā , & ſine Vau, ἀμφετερόδεξιον, ambidextrum, qui perinde ſiniſtra vt dextra vtitur in pugna, Iudic. 3. & 20.

Minari, & impetū in aliquē facere. vnde impetus, ὁρμὴ. Poſitum eſt etiam hoc verbum pro σωτελεῖν, perficere, conſumare, Rom. 9. ex Iſaia: ſed neſcio an mendosè pro . certè locus ille alioqui mendoſus videtur in vulgatis ex Vienna libris: quare conſulatur exemplar aliud.

Circumcidere. vnde fortaſſis inſula, quia eſt à continente abſciſſa vndis.

Pelles caprinæ.

Fluere cū impetu. Bar-Cepha. Effundi Iudith. 15. in margine.

Idē quod קציר ramus. Pſal. 80. vſurpatur etiam vt Verbum, pro νευροκοπεῖν, Ioſuæ 11. vbi in Hebræo eſt עקר. & Deutero. 21. vbi habet Hebreum ערף.

Rota. quod etiam abſq. Iud ſcriptū reperi. vide ſuprà.

Idē quod גדוד turma, exercitus, cohors militum. Pſ. 18. σύστρεμμα, 3. Reg. 11. λῃστής, latro, 2. Corin. 11. At qui meæ vxoris ſororem duxit.

eſt Græcū γαρ. Syri tamen etiam vt particulam continuatiuam, cauſſalem, aduerſatiuam, vt ſic dicam, vſurpant.

nomen , ἐμπλοκὴ, implicatio, ſicut crines torquētur in cincinnos, Pet. 3. 1. Timoth. 2. πλέγμα.

in Piel; idē quod Hebræis גרע, confringere, diſſipare, Pſal. 75. & 107.

Populi, qui vocantur Hebraice, הגרים, Agareni, Pſ. 83. quos opinor, quia ſunt paſtores gregum per ſolitudines, illo vocabulo à Syris nominari.

Accidere, euenire, Luc. 10. Petr. 4. Deut. 18. Pſalm. 44. Et nomen σύμπτωμα, accidēs, vt vulgo dicimus, quod fortè euenit. 1. Reg. 6.

in Hiphil, Declinare, recedere. 1. Reg. 22.

Procumbere, inclinari, Marc. 1. 1. Reg. 24. in Hithpael, ſimiliter 3. Reg. 1. & alibi.

Idem quod הגה, cogitatio, muſſitatio, Pſal. 9. Et in libello Ephræm de compoſitione hominis, quem habeo, ſed mēdoſum, videtur ſignificare canalem, aut tale quiddam.

Cohors, cœtus quidā, χορὸς. 1. Regum 29. Item latro. Item vter ex corio.

Angulus, eſt Græcum γωνία. Et adiectiuè, idem quod vniuerſale, vt loquuntur Dialectici. vnde Aduerb. generatim, vniuersè. Et κοινῶς communiter. Tob. 5.

(Sæpè tamē abſq. Vau expreſſo ſcribitur) eſt Cōfugere. vnde καταφυγὴ, aſylum, Deuteron. 19. Item magno animo aliquid conari, & magno ſtudio. Item militare. in Hithpael. Item tumere, ſuperbire, & confidentia quadam exſultare. vnde eſt pro עלץ Pſalm. 94.

Adulter. vt mihi eſt interpretatus doctor meus Mar-

ܚܨܐ & ܚܨܝܐ Significat quidem ſagittam, telum. ſed Syri vtũtur etiam pro obeliſco, hoc eſt, pro eo ſigno, ſiue ea nota, qua Origenes veluti iugulabat ea, quæ LXXII. Interpretes de ſuo, ſupra id quod in Hebræo eſt, reddiderũt. quam notã alioqui appellant Græco vocabulo ܐܕܠܦ, vt in Olaph diximus.

ܚܒ Eligere. Heb. 11. Iacob. 2. Et exigere. 3. Reg. 10. Vnde ܚܒ ܘܫܐ, Exigere fœnus, fœnerari, Deutero. 23. in extremo. Et, auferre, eliminare, ἀφαιρεῖσθ, hoc eſt, בער, Deutero. 24. vbi ſcriptum eſt: Et auferes malũ è medio tui. & 3. Reg. 22. &c. Item ܚܒ ܘܦܪܝܫ, qui ſunt ſectæ Phariſæorum, Act. 23. Deniq. ܚܒ clima, κλίμα. vocabulum Coſmographorũ, Iudic. 20. Et μέρ@, pars, latus, 1. Reg. 23. Poſtremo in Pſalmis pro Hebraico חָסִיד ferè eſt ܚܒ quaſi dicas, electus. vt ſit Paul formulæ Kal.

ܒܪܝܐ Idẽ quod יֵצֶר Hebræis, figmentum. τὸ πλάσμα, Deut. 31. φύραμα, 1. Corinth. 5. Et ܒܪܝܐ idem quod πλάσης, fictor. Deut. 32. & verbum ipſum, formare, fingere, יָצַר, Pſalm. 94.

ܓܒܝܐ Frons.

ܓܒ In Hithpael, coagulari. ſicut Hebræis טפש. Pſalm. 118. in litera Teth. vnde eſt ܓܒ caſeus. Et ܓܒ idem.

ܓܒ ܐܬ τέρας, Prodigium, Act. 2. & 4.

ܓܒ Caſeus, Iudith 10.

ܓܠ rota. vt Hebræis גלגל.

ܓܪ Guttur, gula, gurgulio, Pſal. 5. φάρυγξ. 1. Reg. 17.

ܓܪ Idem quod בחור Hebræis, iuuenis, adoleſcens. Act. 2. Pſal. 78. & 148.

ܓܪ Intricare, innodare, dicitur de corona ex ſpinis implicatis cõpoſita, Matt. 27. Et inde nomen

ܕܪܝ, Indigena, Ioſuæ 8. Et ܕܪ ܡܕܡ pro, θώραξ, hoc eſt, arma pectus tegentia, 1. Reg. 17.

ܕܝܢ Morbus, quem vocant lunaticũ. & dæmonium, quod huiuſmodi homines infeſtat. atq. is etiam, qui eo laborat morbo.

ܕܘܟܪ ἡμίονος, Mulus. 1. Regũ 21. quo vocabulo Vlpianus quoq. vtitur pro illo animalis genere, quod ex equa & aſino naſcitur.

ܕܡ Muſcidus, panis qui mucorem contraxit, βεβρωμένο@, Ioſuæ 9.

ܕܟ vel ܕܟܐ Genu. Philip. 2. & verbum ipſum, Flectere genu.

ܕ Particula eſt, nõ inchoantis, ſed per exceptionem continuantis. ſicut Latinis, Sed interim. Veluti cùm dicimus: Ille nudus humi cubauit: ſed interim bene potus.

ܕܡܫ Ea ipſa hora, ſtatim, ilico. frequens in Euangeliis.

ܕܦ Ora, fimbria, Pſal. 33. vbi in Hebræo eſt כָּנָף.

ܕܠ Fulgere. Et in Hiphil, Fulgorẽ facere, Pſal. 35. Eſt Hebræorum vocabulum.

ܕܡ Simplex, minimè verſutus. idem quod Hebræis בַּעַר, Pſal. 73. Item Purus, mundus, eodem Pſal. vbi eſt in Hebræo בָּרֵי לֵב mundi corde.

ܕܩ Ouum. Luc. 11.

ܕܩܝ Idem quod καθεξῆς, ex ordine, deinceps.

Litera Gomal. ג

ܓ Splendidũ, ac magnificum eſſe, atq. ornatu & magnificẽtia ſpectabilem. Et Aduerbiũ ܒܓܝܐ, ſplendidè, Lu. 16.

ܓܒ Poſitũ eſt pro Hebræo חָצִיר, herba ſucciſa. Pſal. 37.

ܓܡ πίθηκ@, Simia. 3. Reg. 10.

ܓܕ, Iudic. 6. pro eo quod Græcè eſt, ἀνθιζεῖν, hoc eſt, liti ſe offerre, cauſſam pro aliquo ſuſcipere.

ܓܦ Palpitare. hoc eſt ἀμυνᾶν: vt illi qui ſacro morbo correpti, aut animi deliquium patientes palpitant, Marc. 9. vbi vulgatus interpres habet, volutabatur. Ponitur etiam Iudith nono, pro ῥάσσω, ſiue ἀράσσω, contundere, frangere, rumpere, diſſipare.

ܓܙ Quærere. & καλαμᾶσθ, hoc eſt, ſpicilegium facere, Iudic. 20. quod Παλέσειν dicitur, 3. Reg. 14. quaſi poſt collectas fruges legere reliquias.

ܓܙܡ Feritas. Ioſuæ 11. & Bar-Cepha.

ܓܪ ἐξερευνᾶν, Perſcrutari, Iudic. 5. 1. Reg. 23. Item, diripere, prædari. nimirum idem quod בז, Pſal. 109.

ܓܪ Parum eſſe, minui. & actiuè idem quod קצר, breuiare, Pſal. 89. Breuiaſti dies eius. Inde ܓܪ, deterius, minoris precij, Io. 2. Et Nomẽ ܓܪ res parua, 1. Corinth. 4.

ܓܫ Conſyderare; obſeruare, Hebræor. 13. & 3. κατανοῆσαι. Deuteron. 19. in Hithpael. Inuenitur etiam in ordine quieſcentium in vltima. vnde eſt ܐܬܓܫ pro ἐφέσεχε σεαυτῷ. Sic enim citatur illa Baſilij oratio à Theologis. Et ܐܬܓܫ Καθενόησα αὐτόν. 3. Regum 3. & Iudith 10. ܐܬܓܫ ܘܐܦ Κατενόησαν τὸ πρόσωπον αὐτῆς, Contemplabantur faciẽ illius.

ܓܠ κώνοψ, Culex, Matth. 23.

ܓ Vſurpatur à Syris, ſicut à Targumiſtis. Vocant etiam Philoſophos gẽtiles, atq. à cœtu Chriſti alienos, ܐܡܡܐ, ac ſi dicas, Philoſophos extraneos. &, ܒܪ ܐܬܪ, hoc eſt, filius loci, poſitum eſt pro ad-

ἐμοὶ ὁμογενεῖς. ܚܢܦܐ, qui ex nobili genere orti ſunt. ܚܫ Res vilis, contemtibilis, non preclara; contrariũ ܝܩܪ. Et verbum, contemnere, negligere, nullo loco habere, Matth. 22. Iudith 10. Heb. 8. & 2. Act. 6. ὑπερίδεῖν, Deut. 21. Et nomen ܡܚܫܝܢ contemtus, deſpiciẽtia. Bar-cepha. Ponitur etiã 1. Reg. 12. in Syro verbũ hoc in Hiphil, pro Hebræo, העלים abſcondere, occultare, &c. verùm neſcio an non mendosè Beth, pro Coph, ſit ſcriptum.

ܚܦܐ Puluinar, ceruical, Marc. 4.

ܚܣܐ Indulgentem, atq. benignum eſſe. Et in Hithpael, Suauiter viuere, oblectari. Et ܚܣܝܐ, ſuauis, dulcis, benignus, mitis; idem ſcilicet quod χρηστός. Et ſubſtantiuũ ܚܣܝܘܬܐ χρηστότης, honeſta voluptas, εὐφροσύνη, Eſth. 8. Et Aduerbium ܒܚܣܝܘܬܐ, libenter, ſuauiter, benignè, &c. Et Romanor. 11. ܚܣܝܘܬܐ, hoc eſt, χρηστότης, opponitur ܚܣܝܢ, hoc eſt, τῇ ἀληθείᾳ, ſeueritati.

ܚܣ Καταγινώσκειν, Contemtum negligere, Ioã. 3. Et in Bar-Cepha cap. 19. Ioſu. 22. Et inde Nomen ܚܣܝܢܐ Deſpectio. Bar-Cepha.

ܪܚܩ Peregrè eſſe, procul abeſſe, Luc. 19. Et in Hiphil, relegare, in exſiliũ extrudere. Et in Hithpael, expelli, relegari.

ܡܬܢܛܪ Vſurpat meus doctor Moſes Mardenus in quadã ſua ad me epiſtola, pro ܒܥܠ ܕܒܒ, hoc eſt, pro hoſte, aduerſario, inimico. atq. ſimiliter in ſua profeſſione, qua ſuam fidem Romæ profitebatur. quę eſt à me Latina facta.

ܒܥܠ Propriè eſt is, q. litẽ cũ alio habet, aduerſarius, ἀντίδικος, Eſth. 8. Formatur autẽ ab hoc nomine verbũ, in Hithpael

ܐܬܒܥܠ

lis numerus eſt ܒܝܬ, domus.

ܒܝܬ ܐܢܫ Ac ſi dicas, Domus hominũ. eſt familia apud Barcepha.

ܒܝܬ ܩܛܘܪܐ Thuribulũ. Heb. 9. θυμιατήριον, theca in qua res ſuaui odore inſunt.

ܒܝܬ ܢܗܪܝܢ Meſopotamia, Act. 7. ac ſi dicas, locũ fluuiorũ. Hebræi vocant אֲרַם נַהֲרַיִם.

ܒܝܬ ἐριθεύειν, Lanificio victũ quærere, Tobiæ 2.

ܟܠ Ac ſi dicas, In omnib⁹. hac vocula ſignificatur gradus ſuperlatiuus, cũ adiicitur poſt nomen adiectiuũ; veluti ܩܕܝܫ ܟܠ Sanctiſſimus. nimirum omnibus modis & numeris ſanctus.

ܟ Idem quod ܠܒ Cor, per literarum traiectionem: in epiſtola quadam Moſis Mardeni ad me; & in ſcholiis Seueri Patriarchæ, in 4. Reg. 9. caput. Quo modo Daniel quoque eſt locutus cap. 6. Scribit autem Moſes ܠܐ ܦܢܐ ܒܠܒܗ ܗܘ Ea non legit è corde ſuo, hoc eſt, memoriter.

ܟܠܟ Hoc vocabulo redditur perpetuò à Syro Græcum δρῦς, Quercus.

ܟܠܟ Vapulare, Luc. 12. 2. Cor. 11. Percuti, vulnerari. Luc. 22. πλήττεσθαι. 2. Regum 11. At ܟܠܟܐ hamus, ἄγκιστρον, 4. Reg. 19.

ܒܠܝ Abſq. ſicut apud Hebræos. ſed ferè ſequitur præpoſitio ܒ. Et recipit affixa more nominũ pluralis numeri, vt etiam apud Hebræos. vide noſtram Grammaticam Syricam.

ܟܠ Exortum eſt, Marc. 4. ἐξανέτειλε, de ſemine mox enaſcente.

ܒܐ Balneum.

ܒܢܝ Filij. eius ſingulare eſt ܒܪ. Vtũtur autẽ Syri ſic, vt dicãt ܒܢܝ ܕܠܒܐ, pro iis qui de re quapiã hanc, aut illã habent voluntatem. & ܒܢܐ ܕܠܒܐ Nomen loci in Syria, aut Aſſyria; à quo appellatus eſt quidam Mor Iacob. vide in ܐܫ.

ܒܥ Cõſolatus eſt, Act. 20. Et Deut. 32. & Pſ. 23. Inde nomen ܒܥܐ Conſolatio, Luc. 6. quod etiã ſcribitur ܒܥܐ Act. 9. Et ܡܒܥܐ conſolator, Pſal. 69.

ܒ Per. vſitatiſſima prępoſitio apud Syros, ab Heb. accepta.

ܒܗ Per eam, Matth. 7. pro ܒܗܝ, omiſſo Olaph. Et ſimiliter cetera quoq. pronomina ad illã particulam apponi ſæpè ſolent. Significat autem, per manum huius, illius, &c.

ܒܡ & ܒܡܐ Græcum eſt βῆμα, tribunal. 2. Corinth. 5.

ܒܝܢ Inter, præpoſitio. idem quod Hebræis בֵּין, aut בתוך Pſ. 68. Et ܒܝܢ ܕܒܝܢ intra ſeipſum, ſecũ, nullis teſtibus videlicet adhibitis. Et ita quoq. cùm primę, aut ſecũdæ perſonę pronominibus conſtruitur.

ܩܕܩܘܕ Idem quod קָדְקֳדָ, vertex capitis, Pſal. 7. & 68. Ceterùm verbum ܩܕ, præter eas notiones quę ſunt in Dictionariis Chaldaicis explicatæ, vſurpatur etiã à Syris, pro Decere, conuenire, vtile eſſe ad propoſitũ, præſertim in Hithpael. vt Epheſ. 5. & alibi.

ܩܨ Adhęrens, Act. 13. Paul à verbo ܩܨ, quo verbo etiam Targumiſtæ vtuntur pro adhærere.

ܒܐ Puteus, lacus, pro ܒܝܪ.

ܒܥܝ Pudore affectus, afflictus miſeriis. at ܒܥܝ malus. Quare ſi ſuprà ſcriptũ eſt punctum, illud; ſin ſubter, hoc ſignificat: dum alioqui nullæ vocales apparent.

ܒ Inter, pro ܒܝܢ, eliſo Nun. At ܒܝܬ domus. Ab hoc fit adiectiuũ Nomẽ ܒܝܬܝ; & in feminino gen. ܒܝܬܝܬܐ familiaris, domeſticus, οἰκεῖος. Plura-

tiocinatio, argumentatio. in Bar-Cepha.

ܒܚܢ Videre, conſiderare, animaduertere, Act. 28. in teſtimonio Iſaię. ſimiliter Ro. 11. Item Probare, examinare. vnde nomen ܒܚܢܐ Examen. τὸ δόκιμον. Petr. 1. Et Petr. 2. Ἐπισκοπὴ. Et apud Bar-Cepha, ܡܠܦܢܐ ܒܚܢܐ, Doctor probatus. Et ſic Syri cùm probæ opinionis ſcriptorem citant nominatim, ſæpè addunt hoc epitheton ܒܚܝܢ. Sic quidam Patriarcha Seuerus ſcribit: Nõ eum prophetam, qui ſe ipſe conſtituit; ſed quem Deus conſtituit, hunc eſſe ܒܚܝܢ, hoc eſt, probum, & pro propheta habendum.

ܒܛܠ Primò idem eſt quod Ceſſare; ocioſum eſſe; vt apud Targumiſtas. Et in Piel aut Hiphil, Ocioſum facere, atq. vacuũ ab opere. Syri tamẽ ſæpè vtũtur, pro occupari re aliqua; & ſtudio alicuius rei deditum eſſe. vt Marc. 4. Act. 16. Luc. 10. Et inde nomen ܒܛܠܐ ſtudium, cura. Marc. 6. Et Aduerbium ܒܛܝܠܐ, ſolicitè, magno ſtudio, ſeriò, Luc. 7. vnde frequens eſt apud Paullum ܒܛܝܠ ܠܟ, pro Græco σπούδαζον, ſit tibi curæ, curato omni ſtudio, vt hoc illud, poſſis facere.

ܒܛܡܐ Terebinthus arbor, Ioſuæ 17. & 22. & alibi. Putant autem Syri, eam arborem, quam Hebræi אֵלָה vocant, eſſe Terebinthum. Itaque ܒܛܡܐ interpretantur.

ܒܛ Concipere. à ventre factum verbum. vnde ܒܛܢ cõceptio, qua mulier fit grauida, & fœtũ concipit. Et ipſa etiam mulier fœta, ſiue prægnãs tum hoc nomine appellatur, tum ܒܛܝܢܐ, addita litera Tau generis fem. nota.

ܒܝܕ Perperam agere, παραφέρεσθ. 1. Reg. 21. in Hithpael, poſito Iud loco geminationis medię literę. vt in ܒܚܢ.

ܒܝܫ προκαταγγέλλειν, Prænũciare; Act. 7. Nunciare, Act. 23. Patefacere, declarare. Act. 9. Bar-Cepha.

ܒܫܟ Quieſcere, ἡσυχάζειν. Act. 21. & 22.

ܠܛ ἐπαισχύνεσθαι, Erubeſcere, confundi pudore & verecũdia. Hebræ. 2. Καταισχύνεσθαι. Petri 2. ἐντρέπεσθ. Hebr. 12. Et nomen ܠܠܛ & ܠܛ, τὸ αἰσχυνὲς, Hebr. 12. ignominia, res pudenda, ἀσχημοσύνη, Deuteronom. 23.

ܒܝܢ Idem quod בִּינָה, intelligentia, Ephręm. φρόνησις, Ioſ. 5.

ܒܘܠܐ Eſt Græcum, βουλευτὴς, buleuta, vt loquitur Plinius iunior, Decurio, Senator, Marc. 15.

ܒܠܥ Vide inf. in Vau, ܘܥ.

ܒܨ Byſſum. Luc. 16. 2. Re. 6. Puto nos eam vocem à Syris habere.

ܒܨܝܢܐ τὸ δόκιμον, Probatio, exploratio, Iacob. 1. Bar-cepha. poſitio eſt ܒܨ. vide in Kuph.

ܒܨܨܝܬܐ Buccina, tuba, Iudic. 7. in margine. Eſt Latinorum vox.

ܒܪܣܐ Coriarius, Act. 9. Eſt Græcum βυρσεὺς.

ܒܙ ܒܙ Nonnumquam, interdum. ac ſi dicas, in tempore temporis.

ܒܡ Illudere, ἐμπαίζειν. frequens apud Syros. vnde ܡܟܟ ܘܒܡ, verba ludicra, εὐτραπελία, Eph. 5. ſcurrilitas. et ܒܘܡܐ ludibrium, deriſio, Pſalm. 35. At 1. Corinth. 7. poſitũ eſt pro ἀσχημονεῖν. nimirum quia quod indecorum eſt, deridetur meritò, hoc eſt, contemnitur.

ܒܣ Argumentari, argumentis rem cum alia re cõtendere. vnde nomen ܒܣܐ ratiocinatio, argumentatio. in Bar-Cepha.

ܒܥ Videre, conſiderare, animaduertere, Act. 28. in teſtimonio Iſaię. ſimiliter Ro. 11. Item Probare, examinare. vnde nomen ܒܥܝܢܐ Examen. τὸ δόκιμον. Petr. 1. Et Petr. 2. Ἐπισκοπὴ. Et apud Bar-Cepha, ܡܠܦܢܐ ܒܥܝܢܐ, Doctor probatus. Et ſic Syri cùm probæ opinionis ſcriptorem citant nominatim, ſæpè addunt hoc epitheton ܒܥܝܢ. Sic quidam Patriarcha Seuerus ſcribit: Nõ eum prophetam, qui ſe ipſe conſtituit; ſed quem Deus conſtituit, hunc eſſe ܒܥܝܢ, hoc eſt, probum, & pro propheta habendum.

ܒܥܛ Primò idem eſt quod Ceſſare; ocioſum eſſe; vt apud Targumiſtas. Et in Piel aut Hiphil, Ocioſum facere, atq. vacuũ ab opere. Syri tamẽ ſæpè vtũtur, pro occupari re aliqua; & ſtudio alicuius rei deditum eſſe. vt Marc. 4. Act. 16. Luc. 10. Et inde nomen ܒܥܛܐ ſtudium, cura. Marc. 6. Et Aduerbium ܒܥܛܝܠܐ, ſolicitè, magno ſtudio, ſeriò, Luc. 7. vnde frequens eſt apud Paullum ܒܥܛ ܠܟ, pro Græco σπούδαζον, ſit tibi curæ, curato omni ſtudio, vt hoc illud, poſſis facere.

ܒܥܡܐ Terebinthus arbor, Ioſuæ 17. & 22. & alibi. Putant autem Syri, eam arborem, quam Hebræi אֵלָה vocant, eſſe Terebinthum. Itaque ܒܥܡܐ interpretantur.

ܒܥ Concipere. à ventre factum verbum. vnde ܒܥܢ cõceptio, qua mulier fit grauida, & fœtũ concipit. Et ipſa etiam mulier fœta, ſiue prægnãs tum hoc nomine appellatur, tum ܒܥܝܢܐ, addita litera Tau generis fem. nota.

ܒܥ Perperam agere, παραφέρεσθ. 1. Reg. 21. in Hithpael, poſito Iud loco geminationis medię literę. vt in ܒܚܢ.

ܒܫ προκαταγγέλλειν, Prænũciare; Act. 7. Nunciare, Act. 23. Patefacere, declarare. Act. 9. Bar-Cepha.

ܒܫܟ Quieſcere, ἡσυχάζειν. Act. 21. & 22.

ܠܛ ἐπαισχύνεσθαι, Erubeſcere, confundi pudore & verecũdia. Hebræ. 2. Καταισχύνεσθαι. Petri 2. ἐντρέπεσθ. Hebr. 12. Et nomen ܠܠܛ & ܠܛ, τὸ αἰσχυνὲς, Hebr. 12. ignominia, res pudenda, ἀσχημοσύνη, Deuteronom. 23.

ܒܝܢ Idem quod בִּינָה, intelligentia, Ephręm. φρόνησις, Ioſ. 5.

ܒܘܠܐ Eſt Græcum, βουλευτὴς, buleuta, vt loquitur Plinius iunior, Decurio, Senator, Marc. 15.

ܒܠܥ Vide inf. in Vau, ܘܥ.

ܒܨ Byſſum. Luc. 16. 2. Re. 6. Puto nos eam vocem à Syris habere.

ܒܨܝܢܐ τὸ δόκιμον, Probatio, exploratio, Iacob. 1. Bar-cepha. poſitio eſt ܒܨ. vide in Kuph.

ܒܨܨܝܬܐ Buccina, tuba, Iudic. 7. in margine. Eſt Latinorum vox.

ܒܪܣܐ Coriarius, Act. 9. Eſt Græcum βυρσεὺς.

ܒܙ ܒܙ Nonnumquam, interdum. ac ſi dicas, in tempore temporis.

ܒܡ Illudere, ἐμπαίζειν. frequens apud Syros. vnde ܡܟܟ ܘܒܡ, verba ludicra, εὐτραπελία, Eph. 5. ſcurrilitas. et ܒܘܡܐ ludibrium, deriſio, Pſalm. 35. At 1. Corinth. 7. poſitũ eſt pro ἀσχημονεῖν. nimirum quia quod indecorum eſt, deridetur meritò, hoc eſt, contemnitur.

ܒܣ Argumentari, argumentis rem cum alia re cõtendere. vnde nomen ܒܣܐ ra-

ܒܥܠ Vide in Iud ܒܠ.

ܒܥܠ Dementare, Act. 8. vide in Tau. eſt enim Hiphil.

ܒܥܠ Idem quod Hebraice אֶתְמוֹל χθὲς, Heri, Ioan. 4. Act. 7.

ܒܘܠ Aliquoties inuenitur in libris Regum pro Nunciari, ſignificari, &c. Eſtque Hithpael, factum ab Hiphil verbi ܒܘ Similiter atq. ܒܘܠ à ܒܘ. de quo vide meam Grãmaticam.

ܒܣܠ Hoſpitio excipi, ξενοῦσθαι, Eſther 8. Meo tamen iudicio pro ſecundo Tau, ſcribendum eſt Olaph, & in fine vnicũ Nun. Nam ܐܣܘܢ hoſpitem ſignificat. eſt enim ipſa Græca dictio ξένος.

ܒܥܠ κυριεύειν, Dominari. ex Nomine ܒܥ, quod dominum ſignificat, factum verbũ, Iudith 1.

Litera Beth. ב

Hæc litera eſt Præpoſitio, in, cum, &c. vt apud Hebræos. Obſeruandum eſt autem cùm præponitur in verborum complexione, vnà cum Pronomine, quod hæret ſequenti nomini, tum ſignificari identitatem rei, vt ſic dicam, veluti ܒܗ ܗܝ ܫܥܬܐ In ea ipſa hora. ܒܗ ܝܘܡܐ in eo ipſo die. Sicut Hebræi dicunt, בְּעֶצֶם הַיּוֹם. ܒ ܒ ܪܘܚܐ, ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι, per eundem ſpiritum, 1. Cor. 11. Et ita in ceteris.

ܒܣ Sterilis, incultus, & ܒܣܘܬܐ ſterilitas.

ܒܥ In Piel, κράζειν, vociferari, Act. 21. & 22. &c.

ܒܕ Mentiri. Inde ܒܕܐ, falſum, per mendacium dictum, aut fallax, mendax.

ܒܗܝ Proinde. cùm ex ſuperioribus aliquid conficitur, tamquã cõcluſio. Sed lit. Beth eſt ſeruilis. vide in Dolath.

ܐܘܪܬܐ Eſt Græcum ὀρθό-δοξος, Probæ opinionis homo.

ܐܟܠ Commodato dare. Hiphil à verbo ܟܠ.

ܐܓܪܐ χειρόγραφον, Literæ pacti alicuius, Tobiæ 5. Chaldæi non præponunt Olaph, vt neq. Syri interdum. vide in Schin.

ܐܓܘܢܐ Color buxeus, natus in homine, vt ait Ephræm, ex flauæ bilis exhuberantia, vt ſic dicã. Nam ܐܓܘܢ buxus eſt.

ܐܕܪ Exuere. idem quod Chaldæis שלח. quo verbo etiã Syri vtũtur omiſſo Olaph. ſicut ܝ ܐ & ܐ, bibere, vſu venit.

ܐܘܣܦ θύρσος, Frondibus obuinctus baculus, qui, vt gaudij ſignũ, geſtatur, Iudith 15. Puto ab Hebræorũ Hoſanna ſumptũ eſſe vocabulum, quia certis feſtis ſolent magna lętitia decantare Iudæi vocem Hoſanna.

ܐܬܩ Certò ſtatuere, Hebr. 11. corrigere, firmũ fixumq. efficere. Act. 3. Eſt Hiphil verbi ܩ geminãtis ſecundam poſitionis literam.

ܐܬܪ Lutũ, cœnũ, limus qui in fundo aquarũ eſt. Itẽ fex. Itẽ bibere; adiuncto Olaph per protheſin ad initium. Mat. 26. Hebr. 6. & alibi ſæpè.

ܐܬܪܨ Promiſit, pepigit, cõuenit, deſpõſatus eſt, eſt Hithpael à verbo ܪܨ. vide in Schin. Syri enim nõnumquam literã Vau in medio collocant, vbi alioqui Kuſoi, hoc eſt, Dagges eſſe deberet, vel ſaltẽ geminari ſecunda poſitionis litera, pro ratione formulæ inflexionis.

ܐܬܝܕܥ Agnoſcere, ἐπιγινώσκειν, reſcire. Deut. 21. veluti cùm ex memoria hominem longo pòſt tẽpore viſum agnoſcimus, Marc. 6. & 1. Ioã. 3. Act. 12. vide ܝܕܥ in Schin.

ܐܬܬ vide ܬ.

ܐܬܪ ὄφελον, Vtinã, optantis, 1. Corinth. 4. vide ܐܠ ܐܠܘ

ܐ Eſt Græcorum ἆρα, An, num, vtrum, numquid, &c.

ܐܒܠ νάβλα, Inſtrumẽtum muſicum. 1. Reg. 10. Nablium.

ܐܓܠ Vide in litera Riſch. eſt interpretatio Hebraici נחל.

ܐܓܘܪܐ Rana. Pſalm. 78. Eſt gener. fem.

ܐܕܝܪ Eſt in Pſalmis, pro Hebraico, אבירים. veluti Pſal. 22. 50. & alibi. Significat autem Tauros, vt videtur.

ܐܪܙ Myſterium, ſacramentũ. Notandũ eſt literam Olaph nõ audiri, dum hoc nomen à Syris dicitur. opinor ne Cedrus arbor dici videatur. Eſt etiã verbum ܙ ex ordine quieſcẽtium in medio: ab hoc (vt arbitror) Nomine ductũ, omiſſo Olaph; quod alioqui non legitur: imo ſæpè ne ſcribitur quidem. veluti Iudith 2. & alibi.

ܐܫܕ Conſentire ſignificat, vt apparet Act. 24. vbi deſideratur litera Vau vltimo loco, in libris peruulgatis. Debet enim ſcribi ܐܫܕܘ, numero pluriũ. Sed quia Syri eam literam non pronũciant, in illiuſmodi verborũ caſu, vt in Grammatica dixi. ideo ſolet ſæpè à librariis per errorem, omitti.

ܐܬܢܐ Barbarus, gentilis, nõ Hebræus, Act. 16. & 19. vbi in Græco eſt ἕλλην. Eodem modo vtitur hac voce ſcriptor Talmudis ſæpè.

ܐܬܝܢ Act. 27. ponitur pro Græco σκῶ, nimirũ pro artemone nauis, ſiue pro carbaſo aut velo. Eſt enim ipſum Græcorum vocabulum ἄρμενον.

ܐܥܫ Idem quod Hebræis עֵשֶׂב Herba.

ܐܪܥ Obuius fuit, occurrit. Vnde nomen ܐܘܡܟܬܐ, obiectio, argumentum aduerſariũ, Bar-Cepha.

ܐܬܘܦ σφύρα Malleus, 3. Regum 6.

quodq. velat & obtegit aditũ in domũ, aut in rem aliam. vnde ܐܬ ܒܒ ܐ Eſt ac ſi dicas, Intra portam, intra velamen, hoc eſt, intus in ipſis adytis; atq. in penetralibus. Significat etiã ܒ idem quod ܥܠ. vt ܐ ܒ ܒ, hoc eſt, περὶ τὸ μεσονύκτιον, Iudic. 16. Et cũ ܠ idẽ quod ܠܘܬ, vt ܠ ܐ, pro te ipſo. Act. 26. Rurſus ܐ circa veſperam, Deuteronom. 23.

ܐ, περὶ δυσμὰς ἡλίου, Deut. 24.

ܐܫܬ Perſuaſit, Act. 12. eſt Hiphil à verbo ܫܬ, quieſcẽte Vau in medio. vide in Pe.

ܐܦ Idem quod ܓܡ etiam.

ܐܦܠ Eſt Græcũ ὄφελος, vtilitas, fructꝰ. apud Patriarchã Seuerũ, annotationibꝰ. 3. Re. 8.

ܐ Sed, tametſi, quamquam. dictio compoſita ex ܐ & ܠ. Item ſiue, hoc eſt, εἴτε.

ܐܫܬ Permiſit, εἴασεν, Act. 16. eſt Hiphil à ܫܬ. ex geminantibus ſecundam radicis literam. Vide in Pe.

ܐܬܬ Sententia, quam iudex tulit. eſt Græcũ, ἀπόφασις. Nam & negationem quoque ſignificat; vt ipſa Græca vox.

ܐܦܝ Splendidus. Eſther 3. vide infrà in Pe.

ܐ βουλή, Inſidiæ, Act. 9. & 23. (25.

ܐܦܝ ψαφίς, Vua paſſa. 1. Re.

ܐ In Bar-Cepha ſemel poſitum inueni, pro intellectu, captu mentis.

ܐ χλιδῶνες, Mundus quidam muliebris, Iudith 10.

ܐ Cũ ſequente verbo ſubſtantiuo, ܐ, ſignificat, Incipere, ἄρχεσθαι. Act. 1. & 2. & 24. Eſt Hiphil à verbo ܒ, quod idẽ eſt cũ Hebræorũ דבק, quaſi dicas, ſubiũgere. vide in Nun.

ܐ Obtueri, intentè inſpicere, in Bar-Cepha.

idem quod ἄσωτος, prodigus, intemperans. Est etiam ܐܣܝܐ ἰατρὸς, medicus. Tobiæ 2. à verbo ܐܣܐ, sanare.

ܐܣܛܘܩܣܐ Græcum στοιχεῖον, elementum.

ܐܣܛܠܐ Cingulũ. Et σύλος, columna, 2. Reg. 8. & 4. Reg. 23.

ܐܣܛܣܐ Græcũ στάσις, seditio.

ܐܣܛܢܓܠܐ Delitię. 1. Tim. 5. σπῦρον scilicet Græcorũ. 4. Re. 19.

ܐܣܛܩܛܠܐ Stacte, Psal. 45.

ܐܣܛܩܝܡܐ Professio monastica. 1. Tim. 4. Sicq. vocant hodie vulgo Syri habitũ monasticũ. Scribitur etiã cũ Iud, ܐܣܛܚܣܐ. est procul dubio Græcorum σχῆμα. Vnde & modũ, formãq. ac habitũ significat: Itẽ sexum virorũ, aut feminarũ. Reperitur etiã Verbũ, ܣܛܚܣ, fingere, formare, & induere formam & habitum certum. 1. Reg. 21. in Hithpael.

ܐܣܛܚܠܐ φλιὰ, Limen. 1. Reg 1. & 3. Reg. 6.

ܐܣ Infundere, indere. Est Hiphil verbi ܣܠ, quod significat colare: ergo illud est, veluti per colum indere. Sic enim loquebatur impius Diodorus, cũ diceret: Ipsa diuinitas, non statim vt natus est Iesus ܐܣܠ ܕܝ ܐܝܬ ܠܗ ܒܪܗ ܕܐܝܬ ܒܗ ܐܝܬ indidit, quasi per colum, omnẽ suam sapientiam corpori illius; sed paullatim, &c. Apud Patriarchã Antioch. Iacobitã.

ܐܣܚܣܐ Spongia.

ܐܣܚܢܕܐ Græcum est, σπυρὶς, Sporta, Act. 9.

ܐܣܐ Paries, murus, Act. 29. Iudic. 16. Idẽ quod ܩܝܪ Hebręis. Psal. 26. 1. Reg. 19. Τεῖχος. scribitur etiam absque Tau. suprà.

ܐܚܐ Excellẽtia quæ est in re quapiã. Itali *vantagio*, nos **furthail** dicimus. vide ܚܚܐ.

ܐܦ ܠܘܦܐ Est ac si dicas, Facies portæ. hoc est, ianua ipsa, siue id quo aditus ostij pręcluditur,

verbo minus vsitato ܐܣܛ, propriè τλμᾶν. plura vide in litera Mim.

ܐܣܥܐ Ripa, ager, Iosuę 3. vbi enim in Hebr. est, גרות, notatur Aquilã vertisse, ܐܣܛܩܣܐ.

ܐܦ Quando. ܐܦ ܕܐ, quotiescumque.

ܐܢ Ego. & vsurpatur pro verbo, Sum. vide meam Grammaticam.

ܐ Grȩcum est, ἤν, Si. Et sæpè iungitur Pronomen ܘܡ. vnde illud, ὃν ἂν ἐδείχθη, quemcumq. ostẽderit. est Syricè, ܘܡ ܕܢ ܘܡ ܕܒܢܝܡܝܢ. Iosuæ. 7.

ܐܣܛܩܛܠܐ Indictio, est Nomen Latinũ; quo, vt nos, computant annos Syri.

ܐܢܘܢ Illi, Pronomen plur. à singul. ܗܘ. Et ferè accusandi casus. In feminino est ܐܢܝܢ, illæ, aut illas.

ܐܣܕܐ Græcum est. διαφορά. quo vocabulo Missam aliquando vocãt Syri, vtpote oblationem.

ܐܣܗܢ συνοχὴ, Imbecillitas, angustia, solicitudo. 2. Corin. 2.

ܐܢܫ & ܐܢܫ Propriè Homo. sæpè ponitur pro, Quidam, aliquis. Et numero plur. vsurpatur pro Parẽtibus & cognatis, 2. Tim. 3. Luc. 2. Cùm autẽ geminatur, significat, vnusquisq., quilibet. Interdum verò, πνὲς, quidam, vel partim. vt Phil. 1. Et ܐܣܫ capitur pro ὄχλος, plebs; siue quiuis è populo, turba, hominũ cœtus. Est autem notandum, literã Olaph in ista positione non audiri, dum pronunciatur. atq. ideo neq. vocali notari.

ܐܣܛܕܘܢܐ Græcum ἀνθύπατος, Proconsul, Act. 13.

ܐܠ Mulier. Legitur Atto, absq. Nun. vide meã Grãmat.

ܐܣ Paries. Τεῖχος. 3. Reg. 6.

ܐܣܛܠܣܐ Crapula. est Græcũ ἀσωτία. & ܐܣܠ atq. ܐܣܠ

plango, 2. Reg. 1. Et Nomen ܐܣܛܐ θρῆνος. ibidem.

ܐ Positum est pro Græco, παραλλαγή. 4. Reg. 9. nempe vt significet aberrationem, siue à via, siue à recta ratione, & mente.

ܐ παρενωχλεῖν, Perturbare quietẽ alicuius, molestiã afferre &c. Iudic. 14. 1. Reg. 28. est Hiphil verbi ܐ. vide in Lomad.

ܐ Idem quod Hebraice ריב. Psal. 103. propriè cõtumacia, vt puto. Nam & Hebræorum magistri vocant אלמא hominem contumacẽ, pertinacẽ.

ܐ πλευρὰ, Latus. 3. Reg. 6. & alibi.

ܐ Nauis. Iaco. 3. & alibi.

ܐ Cruciare, molestia afficere. θλίβω, Deuter. 23. στενοχωρία, Iosuæ 17. Vnde ܐ necessitas, vis. Itẽ necessariũ esse, Philip. 1. & actiuè, cogere, Philip. 4.

ܐܣܐ κοίλωμα, Cõcauitas. 3. Reg. 6.

ܐ Cunctari, ὀκνῆσαι. Heb. 12. Act. 9. tædio, & graue molestumq. esse, &c.

ܐ Idem quod Παιδεύματα, Studia, opera, Iudic. 2. Est Hebræorum vox.

ܐ Continuus, perpetuus, stabilis, perseuerãs. Et inde Aduerbium ܐ, perpetuò, continuò, Deut. 33. & πυκνὰ, crebrò, Luc. 5. Et πάντως, planè, omnino, Act. 18. Et Verbum ipsum vsurpatur, pro Perseuerare, Coloss. 4. in Hithpael; προσκαρτερεῖν.

ܐ Agnus. & ponitur pro Hebraico ܐܝܪ Psal. 44. Rursus Psal. 114. vbi in Hebræo est, Filij ouium, habet Syrus, ܐ agni ouium. ἀρνες. 2. Reg. 6. & alibi sæpè.

ܐܣܐ ἄμνας, Ouicula. 2. Reg. 12.

ܐ Ausus fuit. vsurpatur enim sic ferè in Hiphil, à

vnde dicunt: Deus fecit hominem ex nulla essentia, in essentiam. Atque hinc deductum puto Nomen ܐܝܬܐ, quod rei qualitatem significat, quamquam hoc etiam per Teth scriptum repererim.

ܐܣܬܐ Causſa, est Græcũ, *αἰτία*.

ܐܦܥܐ Vipera, Græcum est, *ἔχιδνα*.

ܐܦ Sicut. recipitq. pronomina affixa. ܐܦܠܟ, vt tu, &c.

ܐܦܐ Homo vorax, edo, lurco. ab ܐܟܠ. Bar-cepha.

ܐܦܘ Ad eum modum, dictio composita ab ܐܝܟ & ܘ.

ܐܦܘ Simul. sicut Hebræis יַחַד.

ܐܟ Tinea. sic dicta ab edẽdo. Et ܡܐܟܠ, quod edi potest, Deut. 20. Nomen formatum ex Benoni Hithpael. vt plurima alia apud Syros verbalia, vt sic appellem, quæ patiendi habẽt notionem. cuiusmodi sunt quæ apud Latinos in bile exeunt.

ܐܒܠܣ Diabolus. Significat enim ea verborũ cõplexio, Accusare, deferre aliquẽ apud alium, Psal. 101. Quin & Chaldæi sic loquuntur. vt Danielis 3. ܐܟܠܘ ܩܪܨܝܗܘܢ ܕܝܗܘܕܝܐ, accusabãt Iudæos.

ܐܟܚ Redarguere, corripere, iurgare. est Hiphil à Verbo ܟܚܚ. Et ideo litera Coph semper habet Kusoi, more geminãtum secundã radicalẽ, in Hiphil. vt dixi in Grammatica.

ܐܟܣܢܝܐ Exsilium. est Græcum ξορία. Et Nomen ܐܟܣܢܝܐ Exsul.

ܐܟܝ γνήσιος, Syncerus, germanus, diligens, sedulus. Et ܒܐܡܬܐ ܐܟܝܬ γνησίως, ex animo, syncere, germanè, diligenter, gnatiter, Philip. 2.

ܐܠ Iniuria, offensa, Matth. 5.

ܐܠܐ Græcũ ἀλλὰ, Verùm, sed, &c. Et Verbum ϑρηνῶ, lugeo, plango,

rumq. litera Doläth. Item quales, Iudith 5. & alibi sæpè. Est vtriusque generis.

ܡܐܟܐ vnde. Sæpè tamen præcedit præpositio ܡܢ, ex, à, ab. Est dictio composita ex tribus partibus.

ܡܐܟܡܐ Dies. Et de die.

ܐܝ Vtique, certè, *ναὶ*, affirmandi particula. Luc. 7. Interdum ponitur cum ܐܡܝܢ, vt ܐܝ ܐܡܝܢ Amen, Amen.

ܐܢܐ Ille, is. masculinum. Interdum aduerbium loci, Luc. 12. vbi est thesaurus tuus, &c. Item qualis, interrogatiuè, vt sic dicam, Esth. 7. Componitur etiam cum Pronomine ܗܘ, fitq. ܡܢܘ. Quis vel qualis ille? Hebr. 12. & alibi sæpè.

ܡܗܘܬܐ Ipsa qualitas, vt vocãt, rei cuiusuis. vt ܡܗܘܬ ܘܩܠܐ Modus & qualitas vocis; nimirum ex qua facilè animaduertere quiuis potest, serio an ioco dicta sit.

ܐܦܣ Frustra. Græcũ est, *εἰκῇ*.

ܫܘܒܚܐ Gloria, à positione ܫܒܚ, & quia hæc vox significat etiã graue & ponderosum, vocant Syri ܡܣܒܬܐ, quod Græci ἀποσκευὴ, impedimenta militum, Deutero. 20. Vbi tamen in Hebræo est, puelli · Nam & illi sunt exercitui impedimento. quos Hebræi solent nominare הַטַּף. Est insuper positum ܡܣܒܬܐ, pro Græco ξένια, dona, munera, 2. Reg. 8. nimirũ quæ honoris gratia donantur.

ܠܐ Hæc particula respondet Hebræorum לֵית. Estq. propriè verbum ὑπαρκτικὸν; siue, vt vocant, substantiuum. Nam ܠܝܬ potius est γενέσϑαι, quàm, esse. Quapropter, quod Græcè est ἦν, erat, hoc Syri perpetuò vertunt ܗܘܬ ܠܐ. at quod illi dicunt, ἐγένετο, hoc reddũt Syri, ܗܘܬ ܗܘܬ.

ܠܐ Ipsum esse, siue essentia.

sine Vau ܡܚܫܒ, Thess. 4. in extremo. & alibi. vide ܫܒ in litera Schin. Nam sæpè in Piel & Hithpael solent Syri literam Vau in medio verborum addere, loco geminãdæ secundæ positionis literæ; præsertim cùm ea est vel Risch, vel è gutturalibus, vt vocant, vna aliqua.

ܐܕܘ Cùm habet punctũ subscriptum sub Iud, legitur ܐܕܘ: & significat manum. cùm verò apiculus suprà locatur, pronunciatur ܐܕܘ: significatq., ea, vel quæ. Est enim femininum ܕ ܐܢܐ. vt ܡܐ ܕܐܕܘ qua causa? Et ܐܕܘ ܛܒ, quid, siue vtrum, facilius. Lucæ 5. Et ܐܕܘ ܐܕܘ Idem quod ἑξῆς, deinceps, paullatim, quod Itali dicunt *de man a man*. Iudic. 20. & alibi sæpè.

ܩܒܛܝ Cophti, secta quædam Christianorum Iacobitarum, qui ab Ægypto hoc nomen habẽt: hęc enim in nõnullis veteribus monumentis Ægophtos nominatur.

ܡܗܠ Qualitas. puto tamen Tau pro Teth esse scribẽdum. vide infrà ܐ.

ܐܝܟ Secundũ, quomodo, *καλὰ* & *καθὼς*, sicut, circiter. vnde dicunt Syri ܐܝܟ ܐܢܐ. verbi gratia: ita vt. Et ܐܝܟ ܘܛܥܡ hoc est, verè. ac si dicas, sic vt per veritatem. Idem ferè est ܐܢܐ. At, ܐܢܐ, est loci aduerbium, vbi. Et præposito Lomad ܠܐܝܟ, quó.

ܐܠܗܝ Idem quod Hebraicè אֵל, Psal. 88. Et Psalm. 22. pro eo quod est Hebraicè אֱלוֹהִי, habet Syrus, ܐܠܗܝ; quæ sunt verba Christi in cruce exclamantis, Eli Eli, &c. Matt. 27. vsurpant autem Syri pro auxilio; cùm in precationibus dicunt ܐܬܝ ܠܥܙܪܢ, veni in auxilium nostrum, &c.

ܐܢܘܢ Illi, ij. sequiturq. ple-

plurium litera Somchat.

ܐܦܥ Produxit, fecit geminare. eſt Hiphil à ܥܕܐ, vide in Iud.

ܐܒܛ Deficere, ἐκλείπειν. Eſt Hiphil verbi non multum vſitati ܒܛ, 1. Reg. 16. Vide infrà in Iud.

ܐܣܛܘܢ Anchora, Hebr. 6. & βολὶς, perpendiculum nauticũ, Act. 27.

ܐܣܛܪܐ κρεάγρα, fuſcina, vncus extrahendis ex olla carnibus.

ܐܪܝ Exaltauit, extulit, ὕψωσεν. Eſther 2. & 3. ab inuſitato verbo ܪܝ.

ܐܣܘܬܐ Fruſtũ panni. poſitio eſt ܣܘ.

ܐܚܕ apprehẽdere, vt Chaldęis, & tenere, continere, cohibere, Iacob. 1. vnde Deus vocatur ܟܠܚܝܠ, continẽs omnia, hoc eſt, omnipotẽs. & nomẽ ܐܚܝܠ potentia. & ܚܝܠܝ idem quod κραταιὸς, fortis, potens.

Item claudere, Pſalm. 69. ܠ ܬܣܟܐ ܦܘܪܐ ܥܠ ܦܘܗܝ ܠܐ Non claudet puteus os ſuum, &c. quamquam incertũ eſt an hoc ab iſto Verbo, an à ܚܝܠ dictum ſit. vide in Iud.

ܐܚܝܪ Cognatus. Io. 8. vnde ܐܚܝܪܘܬܐ idem quod συγγένεια, cognatio. Ioſuæ 19.

ܐܚܪܝ Alius. & aduerbium ܐܚܪܝܬ aliter, &c. Notandum eſt autem in hac poſitione literam Olaph prorſus non audiri. Item verbum ܐܚܪ tardare, præſertim in Hiphil, vt ܠ ܬܐܚܪ & non tardabit. Heb. 10. Ab hoc verbo per μετάθεσιν literę Schin, fit Hithpael, ܐܬܚܫܚ, mutato Olaph in Vau, quod ipſum quoq. ſignificat, tardare, χρονοτριβῆσαι, Act. 20. & ἐκκατίζειν, Iudic. 5. μέλλειν, Act. 22. Item durare, Pſalm. 104. Et Nomen ܡܟܬܐ mora. in Bar-cepha. Vide autem de protheſi literæ Schin noſtram Grammaticam. Scribitur tamen etiam

emolumentum. Et rurſus ca. 6. & cap. 15. eſt maſc. gen.

ܐܬ Idẽ quod ἐξουδενόω, vilipendo. vnde eſt Iudicum 9. ܐܬ ܠܐ ܐܬ, pro Græco οὐκ ἐξουδένωσας. Eſt Hiphil verbi ܫܬ ex geminantibus ſecundam literam. vide in He.

ܐܫܬ Permittere, geſchehen laſſen. Bar-cepha. Et Patriarcha Antiochenus aduerſus Io. Grammaticum. eſt Hiphil poſitionis, ܐܬ; vide in He.

ܐܬ Nocere. eſt Hiphil verbi ܬܬ. vide in He.

ܐ Idẽ quod Græcis ἤ, quàm, vel. Et ܠܐ aut ne, neque. Hebr. 6. & 12. Eſt etiam Græcorum ὦ, ὦ. vnde dicit Bar-cepha ܐܝܘ, pro eo quod Græci dicunt, ὦ οὗτοι.

ܐ Cõmunicare. vnde eſt nomen ܐ, commune, conſentaneũ, concors. & ܐܬ, conſenſio, 1. Pe. 3. Et in Bar-cepha. ac Pſal. 55. & 2. Corint. 6. συγκατάθεσις.

ܐ Idem quod ܓܪ, cõcluſit, ſuffecit carnem pro coſta. Gen. 2. propriè autem eſt, conſociauit, coniunxit. nam eſt Hiphil verbi ܚܝܠ.

ܐܠܐ Idẽ quod ὅτι, ſcilicet, videlicet.

ܐܝܘ Θρῆνος, Lamentatio, Tobiæ 2. vbi citantur verba Amos. vide infrà, ܠ.

ܐ Exclamantis Interiectio, Matth. 17. & vah, Marc. 15. & Hebræorum ܐܢܐ, obſecro, deprecantis.

ܐܬ Habitatio. Ioã. 14. manſio. Scribitur etiam cũ duplici Vau: præſertim numero plurium, ܐܬ manſiones.

ܐܘܣܝܐ Græcũ οὐσία, vocabulum Theologorum, de Dei eſſentia loquentium. Numero plurium dicunt ܐܘܣܝܐ οὐσίας. Nã à Græcis ſumpta vocabula pleraq. finiuntur Syris numero

LITERA OLAPH.

ܐ Aër, Græcũ eſt, quo etiam Latini vtuntur, Pſal. 18. 2. Regum 22.

ܐܒܠܐ Græcũ ὀβελὸς, obeliſcus, nota, quam Origenes in Hexaplis ſuis appoſuit ad ea, quæ LXXII. interpretes de ſuo addiderant, in interpretandis ſacris Bibliis.

ܐܣܛܪܘܒܠ ὑδραγωγὸς, aquæductus, 4. Reg. 20. eſt vox Græca ἀγωγὴ.

ܐ Græcũ eſt ἀγὼν, certamẽ μάχη. in Bar-cepha. & Heb. 11.

ܐܓܪ Græcũ eſt ἀγρὸς, ager.

ܐ Habitare, incumbere. vide infrà, ܐ.

ܐ ὅλκια, omne genus vaſa. Iudith 15.

ܐ Incũbere, applicare ſe. eſt Hiphil à ܐ ex ordine geminantium ſecundam poſitionis literam. 4. Reg. 4. ܐ pro eo quod Græcè eſt, ἐκοιμήθη ἐπὶ τὸ παιδάριον. incubuit ſuper puerum. vide in Gomal.

ܐ Laxare, prolõgare. eſt Hiphil verbi ܐ. vide in Nun.

ܐ Accuratè inſpicere. eſt Hiphil verbi ܨ ſiue ܨ.

ܐ Species, vt loquuntur Dialectici. in Bar-cepha. Adã impoſuit nomina ܟܠ ܡܝܢܝ, omnibus ſpeciebus animaliũ. Et alibi, ܐ ܡܝܢ ܘܐܝܟܢܘܬܐ, ſpecies & perſonę animantium. Et alibi, nomen, inquit, ܐܢܬܐ, hoc eſt, femina, pertinet ad vniuerſam ܐ, hoc eſt ſpeciem. at ܚܘܐ Eua, vnius perſonæ nomen eſt. Reperitur etiam verbum, ܐ, pro Græco κατεγνώσαντο, Iudith 5. hoc eſt, contempſerunt, nihili fecerunt, damnarunt. Vatica-nus tamẽ habet κατενώπιον, hoc eſt, tergiuerſati ſunt. Eſt etiã ܐ Rom. 1. καρπὸς, fructus,

D. BENEDICTO ARIAE MONTANO THEOLOGO V. DOCTISS.

S. D. ANDREAS MASIVS.

CVM nuper tua singulari postulatione inducì me passus fuissem, doctißime Aria, vt de Syricarum literarum cognitione præcepta quædam, princeps ex omnibus nostris hominibus, (absit à verbo inuidia) inchoare auderem: eaq; ego mox ad te dedissem: properantiùs sanè quàm oportuit; quia ita opus esse dicebas, propter librarias operas: tu porrò continuò, vel vehementiùs etiam, flagitare à me cœpisses, vt Vocabularium quoque (sic enim nunc loquimur) mitterem, eorum vocabulorum, quæ Syri peculiariter vsurpant; cùm in vulgus Targumistarum aut ignota sint; aut certè minus peruulgata. (audieras enim à Plantino nostro, ea me mihi priuatim annotauisse): submolesta quidem, (dicam enim vt res est, mi Aria) accidebat mihi noua illa tua petitio. non quòd aliquid eorum, quæ meis studijs essem consecutus, non libenter tecum, & cum studiosis omnibus communicarem: sed quia, pro paucitate Syricorum librorum, quos mihi videre contigerat, scirem, nimis mancum, & vix bene à me inchoatum id opus videri posse. Verùm tamen cùm audirem, & ipsum Regem Philippum, & eius Maᵗⁱˢ sapiens consilium censere, πολύγλωσσον (vt sic vocem) opus illud sacrorum librorum; sanè pulcherrimum; quod, te Regis nomine procurante, Plantinus noster nunc arte, atq. industria admirabili excudit; non sine illiusmodi Syricorum vocabulorum explicatione in lucem emitti debere. Et simul meminissem; nihil, ne ab ipsa quidem rerum natura, nedum ab hominibus artificibus, repentè totum, perfectumq; profundi, vno nisu: sed paullatim vt omnia, ita præsertim vocabularia crescere solere. ad hæc, existimarem, ista mea, quamtulacumq. sunt, vtilia tamen fore, ad nonnullarum dictionum Hebraicarum veram significationem intelligendam; quas nobis adhuc Iudæi non rectè sunt interpretati: denique efferare etiam posse me putarem, in summa Syricorum librorũ apud nostram gentem raritate, veniam datum iri à lectoribus operi quamtumuis imperfecto; in quo tamen, quoad eius à me fieri potuisset, nullum verbum prætermissem non explicatum, eorum verborum quibus est vsus interpres Syrus in nouo Testamento; quod vnum nunc à vobis Syricè editur: quæque alioqui in Targumistarum Vocabularijs, aut prorsus non, aut certè parum dilucidè exposita inueniuntur. Nam quæ ex illis peti planè possunt, cùm sint Syris cum Targumistis communia, ea annotare superuacaneum mihi esse putaueram. Hæc, inquam, cùm intelligerem, mecumq; attentius reputarem: & simul Plantinus ipse ad me profectus, multis me modis præsens rogasset; concessi tandem vobis, quod tantoperè à me contendebatis. Itaq. mitto tibi nunc mi Aria etiam illa vocabula, quæ ipse priuatim mihi, inter legendum scriptores Syricos collegeram: sed nec digesta antehac satis accuratè; nec vlla in parte limata, aut polita. quippe quæ eo consilio congesseram; & in chartulis meis; vt quæq. sese obtulerunt, properè inscripseram, vt inclusa perpetuò solus haberem: meamq; ipsis hebetem memoriam subinde iuuarem. Neq. verò etiam nunc retractata vel leuissimè. quòd tempus ad hoc faciendum nullum habuerim. Quare est quòd boni consulas: putesq; me gratificando tibi impudentem, quàm tergiuersando inofficiosum videri maluisse. Vale. Ex amœnissimis hortis meis Zeuerianis, Calendis Quinctilibus, cIↃ. IↃ. LXX.

SYRORVM PECVLIVM.

HOC EST,

VOCABVLA APVD SYROS SCRIPTO. RES PASSIM VSVRPATA: TARGVMISTIS VERO AVT PRORSVS INCOGNITA: AVT IN IPSORVM VOCABVLARIIS ADHVC NON SATIS EXPLICATA.

ANDREAS MASIVS *sibi, suæ memoriæ iuuandæ cauſſa colligebat.*

ANTVERPIÆ,
Ex officina Chriſtophori Plantini,
Regii Prototypographi.
M. D. LXXI.

g.26.col.1. ver.23. in illa prima perſona ſing.num. debet locari punctũ ſuprà, ſic ܐܦܝܠ.

Pag.29.col.1.ver.25. ſcribe, reperi.

Pag.42.col.1.ver.27. poſt illud, Et defeci. adde hæc: Niſi ſcribenda ſit, vt puto, vocalis 2. ſub prima litera Tau, hoc modo ܬܘܚ, vt ſit, Dubitaui, hæſitaui, in Cal, à verbo perfecto ܬܚ.

Pag.43.col.1. ver.7. poſt illa verba, bilem mouit, omiſſa eſt Præpoſitio, ab. Itaque ſcribendum, bilem mouit: ab ܒܥܬ Contendit.

Pag.ead.col.2.℣.5. ſcribatur ܡܠܟܝܗ &c. nam omiſſa eſt vocalis ſub Mim.

Pag.45.col.1.ver.9. poſt illud verbũ, aſſumitur, debet expungi punctũ interpunctationis.

Pag.48. col.1.ver.35. deleantur illa verba, quieſcente in vocali tertia.

Pag.49. col. 2. ver. 26. deleatur illud nomen ܡܕܥܒܕ.

Pagina 52. col.2. verſu 37. poſt illa verba ܚܕܐ ܒܚܕܐ, adde hæc, Sed poteſt nomen ܒܚܕ hîc accipi vt caſu ſexto poſitum, hoc ſenſu: Saturauit eos melle ex petra.

Pag.53.col.2.ver.15. cùm hîc bis ſcriptum eſt ܡܠܟܝ Reges mei, debet vtrobique addi, com. aut ſaltem litera, c. vt intelligat lector, eũ caſum eſſe com.gen.

Pag.56.col.2.℣.10. Et rurſus ver.12 ducatur lineola ſub litera Olaph pronominis primæ perſonæ, ſic ܐܢܐ.

Pag.58. col.1. ver.14. ducatur ſimiliter linea ſub Olaph, in verbo ܐܡܪܬ.

Pag.59. col.1. ver.6. ſcribe, reperi.

FINIS.

IN GRAMMATICA SYRICA EMENDANDA.

Pagina 4. verſu 5. ſcribendum eſt vnica dictione, inſequentibus.

Pag.9. col.2. verſ. 23. ſcribe, habet litera Tau in vert-

Pag.10. col.2. ver.8. apponatur punctum ſub litera Vau, in verbo ܣܘܡ.

Et rurſus verſu 10. ſupra literam Vau in verbo ܚܘܠ.

Eadem pag. & col.ver.33. ſcribendum eſt ܚܡܫܝܢ, per literam Nun, penultimo loco.

Pag.11.col.1.ver.25.& 26. in illis exemplis num.pluralis punctum literæ Riſch, debebat alterius puncti locũ ſupplere. nõ autẽ tria pũcta ſcribi, ſicut rectè factũ eſt in vocabulo ܬܘܒ.

Pag.12.col.2.ver.1. in verbo ܟܬܒ deſideratur punctũ poſterioris Dolath.

Pag.13. col.1. ver.4. ſcribe ܟܬܒ per literã Riſch penult.loco.

Pag.18. col.1.ver.36. ſcribe ܥܩܒ poſita ſcilicet vocali quarta ſupra Kuph, non autem ſupra Iud.

Similiter verſu 37. ſcribe ܥܩܒ & verſ. 38. ܥܩܒ. & verſu extremo ܥܩܒ. in his enim omnibus vocalis illa quarta pertinet ad literã Kuph.

Pag.19. col.1. verſ. 34. poſt illud verbum ܥܩܒ, addatur: vel cũ Nun ܥܩܒ.

Pag.21.col.1.ver.28. ſcribe, prima ſyllaba.

Pag. eadem, col.2 .ver. 37. poſt illa verba Matth. xxvi. addantur iſta: Et interdum vtuntur loco Aduerbij. vt Pſ. 123. ܒܠܥ ܚܝ ܠܐ. hoc eſt, Viuè, vt ſic dicam, deuoraſſent nos.

tui, Aria doctiſſime: non ſanè vt volui: ſed vt anguſti temporis fines, quos tu, & librarius Plantinus, huic meæ commentationi circumdediſtis, me coëgerunt; cùm eſſem interim multis aliis rebus neceſſariis occupatiſſimus. At enim eſto; nõ queam afferre plura, etiam ſi cupiam maximè; & tempore, ocioq. abundem. Hoc enim ridentes dicent fortaſſis hîc aliqui, ingrati in me homines. At certè hæc ipſa, quantulacumq. ſunt, & tractaſſem accuratius, & diſpoſuiſſem aptius, & dixiſſem explicatius, meliuſq., niſi fallor; certè limaſſem politius, ſi temporis plus habuiſſem. Nunc verò, quando hoſce labores meos; ſanè mihi moleſtiſſimos; quos in huius puerilis doctrinæ tractatione ſuſtinui; nulla gloria compenſabit; atque vtinam etiam non inuidiæ obtrectatione lacerentur, vel ab iis quibus erũt fructuoſi; ſi abs te, mi Aria, cuius flagitatione eos ſuſcepi, non quidem magna laude; quam non ambio; ſed grato animo dignabuntur; ſatis magnum præmium fructumq. illorum cepiſſe me exiſtimabo. Vale. Zeuenera Nonis Martiis, Anno Domini cIↃ. IↃ. LXX.

De Interiectione.

Interiectionvm porrò apud omnes nationes incerta ratio eſt. vt quæ ipſis exprimuntur affectionibus; non autem cõſultò inſtituuntur. Ceterùm apud Syros huiuſmodi ferè repperi commoti animi voces, ܐܘܡ ܐܘܡ. Geminatur enim, vt apud Hebræos הָאָח הָאָח, cuius loco à Syris vſurpatur, Pſalm. XXXV. & Pſal. XL. Et ܘܝ, væ. quæ comminantis vox eſt. ܐܐ Euge, quæ congratulantis, vt Græcorum ἰώ; cuius imitatione facta eſt. Præterea, ܐܘ obſecro, ô, deprecantis, ſicut apud Hebræos אָנָּה, pro quo poſitum eſt Pſal. CXV. & alibi. Et Vah, Marc. XV. & ὦ exclamantis, Matth. XVII. Ad hæc, ܐܘ deprecantis, Pſal. XV. & CXVI. Eſt enim Græcorum ὦ. Et ܘܐܘܝ væ mihi: dolentis, Pſal. CXIX. Deniq. ܘܝ, væ, Luc. XI. Matth. XI. Exiſtimo autem multas inſuper alias legendo colligi poſſe. Sed hæ, quas modò propoſui, ſatis opinor declarant, qualis hæc poſtrema orationis pars ſit. Igitur de Interiectione quoq. hactenus: de qua cùm vltimo loco dicere propoſuerimus, finem hîc iſtorum rudimentorum faciemus. Edidi autem quæ po-

Finis.

Sacrarvm *literarum ſtudioſis non mediocrem adferet vtilitatem iſtius Syricæ Grammatices editio atque lectio. ita cenſemus. poſtridie Calendas Auguſti, 1570.*

Auguſtinus Hunnæus.
Cornelius Reyneri Goudanus.

quod est Græcorum ἐὰν. Rursus partim ab Hebræis mutuati sunt, partim à Græcis, ܐܦ quamuis, etiamsi, גַּם כִּי. Est enim compositum ex Hebræorum אַף, & Græcorum ἤν. Totum autem ab Hebræis acceptũ est, ܐܠܐ neque. Hæ verò, ܗܟܝ, hoc est, ἄρα, ὥστε, igitur, itaq. ܗܟܢܐ, ܦܢ, si fortè. ܐ aut: ܐܠܐ si: ܐܠܐ ܐ nisi, & huiusmodi plures aliæ, aut ipsorũ Syrorum propriæ sunt coniunctiones, aut eis cum Chaldæis communes: quas lectione sibi congerere quiuis facilè poterit.

Quare de his quoq. iam satis.

De Præpositione.

Præpositionibvs Syri sæpè pronomina, cum quibus alioqui construendæ essent, affigunt, & multis quidẽ more nominũ numeri singularis: vt ܥܡ cum, ܥܡܝ mecum, ܥܡܟ tecum, ܥܡܗܘܢ cum illis, &c. ܠ ad, ܠܝ ad me. ܠܗ ad eũ, ܒܬܪ post. ܒܬܪܗ post eã, ܒܬܪܟ post te, ܒܬܪܗܘܢ post illos, &c. ܡ à, ab, ex, cũ apiculo sub litera Mim scripto. Dicimus enim ܡܟܘܢ à vobis, ܡܗܘܢ ab illis, ܡܢܝ abs te, &c. Sic ܩܕܡ ܩܕܡܝ ܩܕܡܟ coram te, coram me, coram vobis, &c. Sed ܡܢ assumit cum affixis literã Tau. Dicũt enim Syri ܡܢܟܘܢ propter vos, ܡܢܝ propter me, ܡܢܢ propter nos, &c. Nonnullis etiam ea forma annectuntur pronomina, qua nominibus masculinis solent in numero plurali. vt ܬܚܘܬ sub, ܬܚܘܬܝ sub me, ܬܚܘܬܟ sub te, ܬܚܘܬܗܘܢ sub ipsis. & ita cum aliis pronominibus, mutato Iud, quod alioqui habet, in Vau. Et rursus ܩܕܡ ante, coram, ܩܕܡܗܘܢ coram eo, ܩܕܡܟ coram te, ܩܕܡܗܘܢ corã ipsis. Et ܥܠ pro, ܥܠܢ pro nobis, ܥܠܗܘܢ pro eo, &c. ܒܠܥ absq. ܒܠܥܝ absq. te, ܒܠܥܗ absque ea, ܒܠܥܢ absque nobis. ܥܠ super, ܥܠܝ super me, ܥܠܗ super ipsam, &c. & huiusce modi aliæ præpositiones. Fiunt etiam quædam compositione aliarum dictionũ. vt ܡܢ ܬܚܘܬ abs, ܠܐܚܘܪ retro, ܡܢ ܥܠ supra, ܩܕܡ coram. quasi dicas, ad oculum, siue in conspectu. ܒ ܬܚܘܬ præter. Sed iam satis multas recensuimus. Non enim scribimus Lexicon.

De Aduerbiis.

Aduerbia Syri partim à Græcis, partim ab Hebræis mutuati sunt. Quorum quædam ex nominibus adiectiuis formant, vt ab ܪܒܐ magnus, ܪܒܝܬ magnificè: à ܙܟܝ purus, ܙܟܝܬ & ܙܟܝܐܝܬ purè. Et huiusmodi sexcenta. Quin à nominibus substantiuis quoq. similiter illa formant. quale est ܒܦܓܪ Ioan. VIII. ac si dicã, corporaliter, hoc est κατὰ σάρκα, vt est in Græco. Sunt etiam quædam nomina adiectiua, quæ ipsa pro Aduerbiis vsurpantur. vt ܣܓܝ multũ. ܛܒ bene, aptè, ܝܬܝܪ amplius. in quo vocabulo litera Tau semper habet Kusoi, in emendatis libris, vt geminetur. planè vt apud Hebræos, in eodem habet dagges. Repperi etiam τὸ, ܗܫܬܐ, tamquam aduerbium vsurpatũ, pro ὕστερον, tandem: quod est Benoni numeri singularis; genere feminino posito pro neutro; quo carent Syri; vt Hebræi. Nam, vt alibi dixi, litera Olaph in ea positione velanda est; atq. ideo nulla vocali animanda. Multis quoq. aduerbiis pronomina affiguntur. vt ܐܢܐ nõ ipse. ܐܢܬ sicut tu. ܐܢܗ sicut ille, &c. Multa etiam fiunt aliarum dictionũ compositione. vt ܗܠܝ idcirco. ܟܠ ܟܠ ܙܒܢ semper. ܙܒܢ ܙܒܢ interdum. ܗܫܬܐ subitò. ܡܢ ܩܕܡ olim. ܐܡܟܢ vnde. ܡܢ ܒܬܪ deinceps, post hac, mox, iam nunc, dehinc, &c. Et tantum de Aduerbiis.

De Conivnctionibvs.

Conivnctiones Syri partim ab Hebræis, alias à Græcis sumpserunt. Recensebo autẽ vsitatiores aliquot; de quibus æstimare ceteras, facile cuiuis erit. In primis litera Vau nusquam non occurrit pro copula, vt apud Hebræos. Sed Syri per eam non mutant verborum tempora: quod Hebræi sæpè faciunt. Legitur autem, vt antè me dicere memini, ea voce qua Germani pronunciant geminatũ, v. Deinde ܓܝ, quod planè est Græcorum γαρ: quamquam Syris interdum nõ causalis particula est; vt sic loquar; sed aduersatiua, aliquando etiam continuans narrationis seriem. Præterea ܐ, quod est Græcorum δὲ. Et ܡ, posito apiculo supra Mim; ne præpositio videatur esse; quod est eorundem μὲν. Deniq. ܕ quod Græci dicunt ἤν. Componitur autem hoc cum pronomine ܗܝ, hoc modo; ܗܕܐ

De

Plurali.

ܐܢܘܢ . ܐܝܢ	Nominatiuus.
ܕܝܢ . ܕܝܟ	Genitiuus.
ܠܟ . ܠܟܝ	Dati. & acc.
ܡܢܟ . ܡܢܝ	Ablatiuus.

Casus Pronom. tertiæ personæ.

Illa. Ille.

ܗܝ . ܗܘ	Nominatiuus.
ܕܝܗ . ܕܝܢ	Genitiuus.
ܠܗ . ܠܐ	Dat. & acc.
ܡܢܗ . ܡܢܐ	Ablatiuus.

Plurali.

ܗܢܝ . ܗܢܘ	Nominatiuus.
ܕܝܗܘ . ܕܝܗܝ	Genitiuus.
ܠܗܘ . ܠܗܝ	Dati. & accuſ.
ܐܢܘ . ܐܢܝ	Accuſatiuus.
ܡܢܗܘ . ܡܢܗܝ	Ablatiuus.

In Pronomine tertiæ perſonæ pluralis numeri propoſui duplicem accuſandi caſum. Quamuis enim Syri litera Lomad vtantur iuxta, pro dandi, & accuſandi caſus nota; vt in eius officiis dixi; tamen in hoc pronomine non rarò pro ܠܗܘ, & ܠܗܝ, in illo caſu, dicunt ܐܢܘ, & ܐܢܝ vt Rom. VIII. ܡܟ ܠܗܘ ܒܪ ܐܢܘ ܘܦܫܗ ܐܢܘ. Præſciuit eos, & præfiniuit eos. Paullo pòſt verò rurſus vtitur altera accuſatiui forma; inquiens, ܡܢܐ ܠܗܘ vocauit eos. Sed alia quæ ad tertiam perſonam pertinent Pronomina, multa ſanè, & varia, vt dixi; ea quiſq. per ſe facilè obſeruarit. Et eorum notionem ex Dictionariis petiuerit. Quare de Pronomine quoq. hactenus.

De Adverbio.

Sed neque Aduerbia enumerare conabimur. Habent enim Syri, vt aliæ gentes, plurima. Vix enim vllum eſt nomen adiectiuum, de quo non facilè deducãt Aduerbium, hac forma; quam obſeruare eſt operæprecium. Adiiciunt enim ad ipſum nomen ſyllabam ܐܝ. & poſtremæ nominis literæ plerumque attribuunt vocalem quartam; niſi è quieſcentium numero ſit. Sic à ܒܛܝܠ inanis, formant ܒܛܝܠܐܝ inaniter.

à ܐܘܕܝ

& in ipſo gaudebit cor noſtrum. & Pſal. LVI. ܒܟ ܒܛܚ ܐܢܐ In te confido ego. & Pſ. LVII. ܒܟ ܢܦܫܝ ܚܣܝܐ In te ſpem habet anima mea. Et Pſal. LXI. ܐܢܐ ܒܟ ܡܨܠܐ Te ego inuoco. Sed exẽplorum ſatis eſt. Poſſet quidem fortaſſis hoc Pronomen explicãdæ affectionis gratia in illiuſmodi orationibus poſitũ videri, ſicut Dauus ad Pamphilum dicebat, quem toto animo cupiebat alloqui, Te ipſum quæro. Sed quid illo facias, quod apud Matthæum ſexto capite ſcriptũ eſt? ܠܐ ܗܐ ܟܠ ܐܠܝܢ ܕܥܡܡܐ ܒܥܝܢ ܠܗ Omnia enim iſta gentes mũdi quærũt. & illo, quod apud Ioan. eſt cap. VIII. ܐܢܐ ܡܠܠ ܒܥܠܡܐ Ea loquor ego in mundo. Et ſunt huiuſmodi multa. Deniq. hoc pronomen ܗܘ, nõ rarò cũ aliis componitur dictionibus. vt ܗܘ is ipſe: ex ܐ & ܗܘ. Item ܡܢܐ quis ille: ex ܡ & ܗܘ. Similiter ܡܢܐ, ex ܡ & ܗܘ. Et, vt finiam; ܗܘ ipſe eſt, ex geminato ܗ; quod poſteriore loco eſt tamquam ῥῆμα ὑπαρκτικὸν. Nam hoc vniuersè de iſtis pronominibus; ſiue primæ perſonæ, ſiue ſecundæ, aut tertiæ ſint propria, dici poteſt; ipſa ſæpè vſurpari loco verbi ſubſtantiui. vt Mat. XI. ܐܢܬ ܗܘ Tu es ille? Sed nihil opus eſt plura adiũgere exempla, cùm ſatis multa vbiq. occurrant.

De pronominvm casibvs.

Ceterum quãdo ad alios caſus ſunt accõmodanda Pronomina; tũ affixa pronomina fiunt, literiſq. ſeruilibus hærent. Subiiciam igitur ipſorũ caſus in tabula.

Caſus Pronominis primæ perſonæ.

Plurale.		Ego com.	
ܚܢܢ	Nominatiuus.	ܐܢܐ	Nominatiuus.
ܕܝܠܢ	Genitiuus.	ܕܝܠܝ	Genitiuus.
ܠܢ	Dati. & accuſ.	ܠܝ	Datiuus & ac.
ܡܢܢ	Ablatiuus.	ܡܢܝ	Ablatiuus.

Caſus Pronom. ſecundæ perſonæ.

fem.		Tv maſ.	
ܐܢܬ	Nominatiuus.	ܐܢܬ . ܐܢ	Nominatiuus.
ܕܝܟ	Genitiuus.	ܕܝܟ . ܕܝܠܟ	Genitiuus.
ܠܟ	Datiuus & ac.	ܠܟ . ܠܟ	Datiuus & ac.
ܡܢܟ	Ablatiuus.	ܡܢܟ . ܡܢܝ	Ablatiuus.

ferè præsentis temporis verbum repræsentat; dimidiatum legitur: solaque posterior auditur syllaba. Quod propter eius primum Olaph, in optimis atq. accuratissimè scriptis libris solet subducta virgula notari; quam ܐܠܦ ܡܠܥܝܐ vocari; atque pronunciationis gratia adhiberi à Syris dicebamus; cùm puncta tractaremus. Igitur quòd Syri scribuut ܐܢܐ legens ego, hoc est, lego: sic pronunciant, vt planè, Koreno, audias. Et ܐܢܐ fisus ego, sonat Syris, Techilno. & vt virgula illa apposita non sit; vt sanè à pauciss imis librariis apponitur; tamen in illiusmodi orationibus numquam prius Olaph vllam habet adscriptam vocalem: quippe quia eius tum nulla vox est.

Porrò secundæ personæ Pronomen ܐܢܬ ܐܢܬ: in vtrouis genere, numeroq., dicitur sic, vt litera Nun prorsus nihil sonet: sed Tau geminata audiatur. Atque ideo in emendatis libris, perpetuò est Kusoi, hoc est apiculus duritatis, in vertice Tau. Cùm enim Syri ܐܢܬ dicũt, audis אַתְּ; cùm ܐܢܬܘܢ, audis אַתּוּן. Denique in Pronominibus illis tertiæ personæ, ܗܘ & ܗܝ, hoc animaduertendum est, ipsa, cùm in aliqua verborum complexione vltimo loco, præsertim, tamquam pro verbo substantiuo; vt vocant; posita sunt; sic pronunciari à Syris, vt ipsorum vocalis videatur extremitati dictionis præcedentis; quasi litera He nulla sit; hærere. Quin à multis librariis, ipsa etiam scriptura illuc transferri vocalis ipsorum solet. vnde Psalmo xxv. scriptum est, ܛܒ̈ bonus est. Nimirum, quia Tobu, non Tob hu legunt Syri. Et Psalmo cIII. ܥܠܡ, à sæculo ipsa, pro, est. Dicunt enim Syri, Men olami, non Olam hi. Vnde id quoque efficitur, vt præcedens nomen, quod alioqui quinta vocali terminaretur, sumat sibi vltimo loco insequentis pronominis vocalem. vt verbi gratia, ܡܪܝܗ dominus est. ܥܡܐ, populus est, Psalmo xcv. & ܥܘܠܠܐ, infans, siue puerulus est, Hebræorum v. Pro ܡܪܝܗ. ܥܡܐ. ܥܘܠܠܐ. Leguntur autẽ illa, Moriau, Amau, Saurau. Insuper hoc pronomẽ ܗܘ nõ rarò superuacaneũ essẽ in orationibus videtur, vt Ps. xxxIII. ܛܒ ܗܘ ܕܒܛܚ & in

partibus. vnde affixa vocari à Grammaticis solent: quæ qualia sint, & quomodo hæreant Verbis Nominibusque, iam ostendimus. Alia per se in orationibus collocantur, sicut Græcorũ, Latinorumq. pronomina. & horum quædam ad primam personam, quædam ad secundam, alia ad tertiam pertinent. Primæ personæ Pronomen est ܐܢܐ ego, in vtroque genere, numero autem singulari. cuius plurale est ܚܢܢ nos. Secundam verò personam in masculino quidem genere repræsentat ܐܢܬ tu vir. In feminino verò ܐܢܬ tu femina. Quorum illud habet pluralem numerum, ܐܢܬܘܢ vos viri. hoc ܐܢܬܝܢ vos feminæ. Porrò tertiæ personæ pronomina multa sunt, & varia, in vtroq. genere, & numero. Sed ego ea non adnumerabo, ne Dictionarium scribere videar. Sunt autem simpliciss ima, vsitatiss imaq. ܗܘ, in masculino genere. &, ܗܝ, in feminino. quorum quodque bifariam pronunciatur. Illud enim si apiculum suprà appositum habet, legitur per primam vocalem ܗܘ: significatque quod Latinis, Ille; & habet ferè post se literam Dolath, quæ sit relationis nota. At si punctum subtèr positum est: dicitur per quintam vocalem ܗܘ. Estque idem quod Latinorum, Ipse. Sed extat vtriusque luculentum exemplum Ioannis quarto capite: vbi mulier Samaritana cum Christo disceptans ait: Num tu maior es patre nostro Iacobo, ܗܘ ܕܝܗܒ ܠܢ ܐܝܬ ܒܐܪܐ illo qui ipse dedit nobis puteum istum? Rursus femininum ܗܝ, si supra He est apex, legitur per quartam vocalem, ܗܝ. estque ac si dicas Latinè, Illa. & plerumque sequitur relatio; vt de masculino dicebam. at si sub He appositum est punctum, effertur per vocalem tertiam ܗܝ, & significat quod Latinis Ipsa. Illorum pluralia sunt ܗܢܘܢ illi, ܗܢܝܢ illæ. Horũ verò ܗܢܘܢ & ܗܢܝܢ, ipsi, & ipsæ; puncto subtèr posito. Pro quibus sæpè vsurpãtur ܐܢܘܢ & ܐܢܝܢ, ipsi, ipsæ, præsertim casu accusatiuo. Sed vt quædam adiungam, quæ in istis pronominibus singulariter obseruanda esse videntur; illud primæ personæ proprium, ܐܢܐ, quoties proximè sequitur post participium; cum quo

Pronomen primæ personæ.

Secundæ personæ.

Tertiæ personæ.

De pronomine ܐܢܐ

Nomen, ܐܰܒ cùm affixis, numero ſingulari; maſculinis.

ܐܰܒ Pater.

ܐܰܒܝ Pater meus, com.

ܐܰܒܳܟ tuus, viri.m.

ܐܰܒܳܗ illius, viri. m.

ܐܰܒܰܢ noſter, commun.

ܐܰܒܳܟܽܘܿ veſter, virorum.m.

ܐܰܒܳܗܽܘܿ illorum, maſc.

Nomen, ܐܰܒ cum affixis, numero ſingulari, femininis.

ܐܰܒܝ Pater meus, com.

ܐܰܒܳܟ tuus, feminæ.

ܐܰܒܳܗ illius, fem.

ܐܰܒܰܢ noſter. com.

ܐܰܒܳܟܝ veſter. fem.

ܐܰܒܳܗܝ illarum, fem.

PORRÒ numero plurali aſſumit loco tertio, literã He: variaturq. prorſus more nominum maſculinorum cum pronominibus affixis. Dicimus enim numero plurium, ܐܰܒܳܗ Patres, 1. Corinth. 1 v. vnde fit, ܐܰܒܳܗܰܝ patres mei, ܐܰܒܳܗܳܟ patres tui. atque ita deinceps, vt ſuprà in nomine ܡܶܠܟܳܐ Reges, vidimus. Sed cùm ἐμφατικῶς Patres ſignificare volunt Syri, etiam interdum affixis pronominibus, tum ferè vtuntur numero plurali forma femininorum nominũ. Dicuntq. ܐܰܒܳܗܳܬ Patres, Rom. 1 x. & alibi ſæpè. & cum affixo, ܐܰܒܳܗܳܬܰܢ patres noſtri, Act. x v. Ceterùm nomen, ܐܰܚ frater; numero certè ſingulari; prorſus eodem modo cum affixis pronominib⁹ variatur, quo ܐܰܒ; dicimus enim ܐܰܚܝ frater meus. ܐܰܚܳܟ frater tuus, ܐܰܚܳܗ frater illius, &c. Verũ numero plurali hoc literã He non aſciſcit ſibi; ſed ſimpliciter more maſculinorum nominum inflectitur, ܐܰܚܶܝ fratres mei, ܐܰܚܳܟ, tui, ܐܰܚܳܗ, illius, ܐܰܚܰܢ noſtri. Et de Nomine hactenus, vt in rudimentis, breuiter dictum ſit.

DE PRONOMINE.

PRONOMINA à Syris vocãtur hac verborũ cõplexione, ܠܶܗܡ ܕܫܡܳܐ ܐܶܠܶܝܢ Ea autem partim affigũtur aliis orationis partimina, tamquam eius numeri proprium inſigne, vbique retinent: præterquam cùm ipſis affigitur pronomen maſculinũ tertiæ perſonę. Hoc enim, vt diximus, cõuertit Iud in Vau. Feminina verò nuſquam, in eo numero, illiuſmodi Iud habent, niſi id quod eſt pronomen primæ perſonæ. Ceteroqui enim in his non aliter plurali numero, quàm ſingulari affiguntur pronomina. Vnde hoc quoque efficitur: ea nomina quorum pluralis numerus ſolis apicibus duobus à ſingulari diuerſus eſt; ne affixis quidem pronominibus aliter diſcerni poſſe; ſi pronomen primæ perſonæ ſingularis numeri excipias. hoc enim cùm hæret nomini ſingularis numeri, effertur per tertiam vocalem. At quando pluralis numeri nomini apponitur, per primam: quamquam Syri rarò ſoleant vocalem huius perſonæ exprimere. Igitur nomen ܩܽܛܠܳܐ carmen; prorſus nihil mutatur aſcitis pronominibus, ſiue in ſingulari poſitum ſit numero, ſiue in plurali; niſi quòd carmẽ meum dicatur ܩܛܠܝ. at carmina mea, ܩܛܠܰܝ. Neque verò aliter etiam atq. propoſitum exemplum oſtendit, recipiunt affixa pronomina illæ femininorum nominum terminationes, quæ per literam Nun, & vocalem quartam fiunt. Vt enim in conſtructione mutatur Nun, in Tau, ita & aſcitis pronominibus quoque. Similiter enim à ܡܕܺܝܢܬܳܐ, atq. à ܡܕܺܝܢܬܳܐ dicis, ܡܕܺܝܢܬܟ ciuitates tuæ. Sed iſta cognitionem habent facillimam; præſertim ſi quis in Hebraicis literis eſt verſatus. At enim ſunt duo in primis vſitata nomina, Patris, & Fratris videlicet, hoc eſt, ܐܰܒ & ܐܰܚ, quæ ſuo quodam peculiari modo ſibi pronomina aſciſcunt, mutata litera Olaph, in Vau quieſcentem, cum pleriſque omnibus; præter illud quod eſt primæ perſonæ, numeri verò ſingularis. Annectuntur enim à Syris Pronomina Patris vocabulo ad hunc modum, vt in tabula exhibeam.

Affixa maſculina cum nomine feminino ſing. numeri.

ciuitas.

ciuitas mea,com.

tua, viri.

illius, viri.

noſtra, commun.

veſtra, maſ.

illorum, maſ.

Affixa maſculina, cum nomine feminino, pluralis numeri.

ciuitates.

ciuitates meæ, c.

tuæ, maris.

illius, m.

noſtræ,commun.

veſtræ, maſ.

illorum. m.

Affixa feminina cum nomine feminino numero ſingulari.

ciuitas.

ciuitas mea,com.

tua, feminæ.

illius, fem.

noſtra, com.

veſtra, fem.

illarum, fem.

Affixa feminina cum nomine feminino pluralis numeri.

ciuitates.

meæ, commun.

tuæ, fem.

illius, fem.

noſtræ, comm.

veſtræ, fem.

illarum, fem.

VIDES eandem propè teneri rationẽ annectendorum Pronominum in femininis nominum formis, atq. in maſculinis. Neque enim ferè vlla eſt differentia, niſi numero plurali ea, quæ ex Iud naſcitur: quam literam maſculina illic nomina, nomina numeri pluralis, formæ huius maſculinæ, hoc eſt, quæ in conſtructione terminãtur litera Iud cum vocali prima, tum in vtroque genere eam vocalem primam ante ſe retinet: & eſt perpetuò durum, propterea quòd præcedens Iud cõſonans ſit.

QVARTÒ, literam He, cùm nullum in vertice punctum habet, eſſe pronomen tertiæ perſonæ maſculinum, in vtrouis Nominum numero. Cùm verò apiculũ ſuſtinet, eſſe femininum: & illo quidem modo habere ante ſe vocalem ſecundam: hoc quartam, ſi affixum eſt nomini ſingularis numeri. At ſi hæret nomini plurali, tum habere poſt ſe adſcriptum Iud in genere maſculino, ſed abſque vlla vocali. (neque enim hoc caſu vel He, vel Iud pronunciatur: vt ſatis multis expoſuimus, cùm de ſeruili ſyllaba, ם, diſſereremus.) 4.

QVINTÒ, literam Nun, eſſe primæ perſonæ pluralis numeri Pronomen; generis verò communis; quod ſiue nominibus numeri ſingularis, ſiue pluralis affixum eſt, habet ante ſe vocalem primam. 5.

SEXTÒ, ֶכְ & ֶכִ eſſe pronomina perſonæ ſecundæ pluralis numeri, illud maſculini, hoc feminini generis, atque vtriuſuis numeri nominibus affigi. & ſimiliter ֹהְ & ֶהִ, tertiæ perſonæ: illiſque apud Hebræos, ָהם & ָהן, ſimilia eſſe. his ֵהם & ֵהן. 6.

DENIQVE in numero nominũ plurali, literam Iud, quæ huius formæ maſculinæ nomina, in conſtructionis caſu, vt diximus, terminat; retineri cum quibuſuis pronominibus: atque perpetuò habere ante ſe vocalem ſuam primam, exceptis iis quæ ſunt tertiæ perſonæ, vtriuſque generis. In his enim, maſculino quidem, mutatur Iud in Vau; feminino verò, manet quidem Iud, ſed habet ante ſe vocalem ſecundam, non primam. 7.

Et hactenus de modo quo pronomina affiguntur nominibus iis, quæ maſculina forma variantur. Nunc ſubiiciemus alterum exemplum, in nomine, quod inflectitur forma feminina, ciuitas.

Affixa feminina, ad nomen masc. numero sing.	Affixa masculina, ad nomen masc. num. sing.
	Rex.
rex me°.c.	rex meus. com.
tuus.fem.	tuus.m.
illius. fe.	illius.m.
noster.cõ.	noster.c.
vester.fe.	vester. m.
illarũ.fe.	illorũ.m.

Affixa feminin. ad nomen masc. numeri pluralis.	Affixa masc. ad nomen masculi. numeri pluralis.
	Reges.
reges mei	reges mei
tui, fem.	tui.masc.
illius, fe.	illius.masc.
nostri.c.	nostri.cõ.
vestri. fe.	vestri.m.
illarũ. fe.	illorũ.m.

In proposito exemplo hæc ferè sunt obseruanda.

1. Primò, literam Olaph à fine amitti, cùm Pronomina affiguntur: non tamen continuò sic mutari nominum vocales, vt in constructione mutabantur.

2. Secvndò, literam Iud, cum tertia vocali, esse pronomen primæ personæ, generis communis, in numero singulari nominum: quamquam hîc vocalem istam tertiam Syri rarò soleant apponere dum scribunt: at in plurali cum vocali prima; planè vt apud Hebræos. Nam etiam illi dicũt, מַלְכִּי Rex meus. &, מַלְכֵי Reges mei.

3. Tertiò, literam Coph, esse pronomen secundæ personæ, quod tum singulari, tum plurali numero adhæret: masculini quidem generis, si solum est. feminini verò, cùm assumpsit literam Iud à tergo. Hoc tamen ascitum Iud à Syris nulla solet vocali animari, vt diximus, cùm officia seruilis literæ Iud exponeremus. Habet autem Coph, nominibus singularis numeri adhærens, cùm est masculinũ pronomẽ, quartam vocalem ante se; cùm verò femininum, secundam. estq. vtrouis modo lene. At quando apponitur ad

abiecto Olaph, aut Nun, terminãtur syllaba ai, hoc est vocali prima cum sequẽte Iud consonante. Exempla sunt; vt vnum atque alterum adiungam; هٰؤُفِ extremitates cæli, in Psalmis. مُحَشِّنِ præcones pacis, Romanorum x. خُصِّنِ benefici, Luc. xxii. Sed huiusmodi constructio vsitatior est in Participiis, quàm Nominibus, quamquam illa sic in oratione posita, nomina veriùs, quàm participia, existimari possint. Quæ verò nomina femininorũ speciem tenent, quæ fit per syllabam ـَـ, in plurali numero, ea illic plerumq. vocales suas omnes retinent: neque aliud, quàm abiiciunt Olaph. Sic à حَنَّا fit حَنَّتَا filiæ Iudæ. Sin terminatio pluralis facta est per literã Nun cũ vocali quarta, mutatur Nun in literam Tau, manente eadem vocali. vt ab حَصَّا tribulationes, dicis in constructione, حَصَّتَا tribulationes animæ meæ, &c. Et vt semel finiam, Syri in huiusmodi mutationibus numquam vocalem tertiam, quartã, aut quintam variant: præterquàm in illa, quam nuper dicebam, metathesi; qua quintam vocalem è priore loco in proximum traiiciunt. Sed prima, & secunda, sunt apud eos, vt exemplis ostendi, instabiles.

De affixis pronominibvs ad nomina.

Sed enim, vt constructionis gratia, sic propter pronomina quoque affixa ad nominum finem, mutantur ipsorum casus, tam singulari, quàm plurali numero. quod in verbis etiam euenire monebamus. Sed hanc mutationem exemplis in tabula propositis facilius explicabimus. Dabimus igitur duorum nominũ exempla, quorum alterum more masculinorũ, alterum femininorum variatur. Et simul quæ sit cuiusque affixi pronominis notio; & quas quodque amet vocales, breuiter indicabimus. Primum ergo exemplũ proponetur in nomine مَلْكَا, quod masculinum est.

Olaph amittunt, ſolent raptim quidem etiam ipſa efferri prima ſyllaba; ſed per literarum metatheſim. Nam è ܩܕܘܫܐ, fit, abiecto Olaph, ܩܕܘܫ. atque ſimiliter in aliis traiicitur vocalis quinta, quæ in prima audiebatur ſyllaba, in ſyllabam ſecundam. Sed enim quæ per ſe, hoc eſt, abſque Olaph, ſunt monoſyllaba, ea cùm Olaph amittunt, vocalem ſuam ferè retinent. vt ܪܝܫܐ caput, ܪܝܫ ܟܢܘܫܬܐ caput ſynagogæ. At ſi nullam habent in prima ſyllaba vocalem, tum ſi amittunt Olaph, aſſumunt vocalem primam; vt de polyſyllabis diximus. vt ܒܪܐ filius, ܒܪ ܢܘܢ filius Nun. Eſt tamen ſecunda cum affixo Pronomine (vt quæ facilioris & leuioris ſit pronunciationis) Pſalmo xxx. Quæ vtilitas eſt ܒܕܡܝ in ſanguine meo? Nam quia Syri, vt alibi dixi, pronomen hoc primæ perſonæ non apertè pronunciant, neque ferè ei vocalem apponunt, ideo hîc ܒܕܡ pro ܒܕܡܝ ſcriptum eſt. ne ſi litera Dolath raptim legatur, nullam ea dictio vocalem habeat.

Verùm enimuerò quãdo apud Syros admodũ rara eſt huiuſcemodi conſtructio; nihil attinet in hiſce rudimentis iſta tractare ſubtilius curioſiusq́. Eſt enim apud illos vſitatiſſimum interponere literam Dolath. Idq́. cùm fit, nihil mutatur præcedens ſubſtantiuum, ſed poſterius quaſi gignendi caſu ſit poſitum, ita accipitur. Quin repperi, vbi quamuis adſcriptum non eſſet Dolath, tamen ſenſu ipſo orationis addendum erat. quale eſt illud, ܒܨܥ ܕܒܫ petra mellis, Pſalm. lxxxi. pro ܒܨܥ ܕܕܒܫ. Sed priùs quàm ex hoc loco progrediar, monendus mihi lector eſt, eſſe, vt fit, nonnulla anormala nomina: quæ hiſce noſtris legibus ſe minimè habent. Nam ܒܝܬ domus, ſic conſtruitur planè, vt apud Hebræos. Dicunt enim Syri, ܒܝܬ ܒܢܝ ܐܝܣܪ domus Iſrael. Et nomen ܡܪܝ Dominus, non abiicit Olaph, ſed pro quarta vocali ſumit ſecundam. vt ܡܪܐ ܕܚܘܒܐ dominus debiti, hoc eſt, creditor. ܡܪܐ ܕܒܝܬܐ dominus domus, hoc eſt, pater familias, &c.

Porrò numero plurium, quæ ad maſculinam formam ſunt facta, plerumque abiecto ſyllabas, ferè non mutant vocalem eius literæ, quæ ante vltimam ſyllabam proxima erat, cùm Olaph reiiciunt. verbi gratia, Nomen ܫܡܝܐ, conſtruitur cum alio nomine ad hunc modum, ܫܡܝ ܒܪ ܢܫܐ productio animi, ſiue μακροθυμία. vbi abiectum Olaph & nihil præterea mutatum eſt. Et nomen ܥܒܕ opus, ſic conſtruitur, ܥܒܕ ܐܝܕܘܗܝ opus manuum eius; vbi rurſus nihil mutatũ eſt, niſi quod Olaph eſt omiſſum. Item nomẽ ܐܬܪܥܝܬܐ effuſio, ſic: ܐܬܪܥܝܬ ܕܕܡܐ effuſio ſanguinis. Sin autem ea litera vocalem nullam habebat; ſed tamquam ſcheua; vt Hebræi vocant; ſiue mobile, ſiue quieſcens; tum reiecto Olaph, ſolet vltima ſyllaba terminari prima vocali. vt in nomine ܡܕܝܢܬܐ ciuitas, litera Nun, caret vocali. Datur ergo ei in conſtructione vocalis prima. Dicimus enim ܡܕܝܢܬ ܩܘܕܫܐ ciuitas ſanctitatis. Sic nomen ܥܠܡܐ, ſæculum; in quo Lomad nullam habet vocalem; effertur in conſtructione ܥܠܡ. Sed excipienda ſunt hîc nomina, qualia nos in decima quinta, & decima ſexta claſſe recenſuimus. Ea enim cùm Olaph amittunt, plerumque in priore ſyllaba nullam habent vocalem, ſed raptim, tamquam per ſcheua, leguntur: in ſecunda verò ſyllaba, ea ferè auditur vocalis, quam eiuſmodi nomina apud Hebræos habebant, ſiue illa fuerit prima, ſiue ſecunda. Niſi quòd in iis nominibus, quorum poſtrema litera eſt Riſch, Syri primam vocalem, quàm ſecundam lubentius vſurpant. Sic à ܟܣܦܐ pecunia, dicunt Syri ܟܣܦ ܪܫܐ pecunia capitis, hoc eſt, tributum, vectigal. ab ܥܒܕ ſeruus, dicunt ܥܒܝܕ ܡܠܟܐ ſeruus Regis. à ܡܠܟܐ Rex, dicunt ܡܠܟ ܫܠܡ Rex Salem. Denique à ܟܣܦܐ panis, dicunt ܟܣܝܡ ܐܝܩܪ panis facierum, hoc eſt, vt vocãt, propoſitionis. Ceterùm ܣܦܪ liber, propter literam Riſch, ſumit vocalem primam, quamuis apud Hebræos ſecundam habeat. dicunt enim Syri in conſtructione, ܣܦܪ. Sed exemplorum ſatis eſt. Porrò quę cognata ſunt iis nominibus, quæ apud Hebræos habẽt cholem, & ſegol, quale eſt ܩܕܘܫܐ ſanctitas: ܪܓܙܐ ira; & his ſimilia; ea cùm

Ex conſtructione in nu mero plurali.

Decimo quinto loco, & decimo ſexto exhibui nomina, quæ Syri aut mutuati ſunt ab Hebræis, cùm apud hos vel quinque, vel ſex punctorum eſſent; vt ab eorũ Grammaticis appellantur; vel geminum Kametz haberent: aut quæ ipſi talibus nominibus ſimilia effecerunt. Et priore quidem loco poſui ea, quæ ſecundam vocalem habent in priore ſyllaba: ſecundo verò loco, quæ primam. Sunt autem pleraq. generis maſculini, & pluralem numerum quoque, vt maſculina ferè, per vocalem ſecundam efficiunt, quamquam non nulla excipiantur. verbi gratia, ܩܪܢܐ cornu, dicitur numero plurali ܩܪܢܬܐ. Sed cur huiuſmodi nomina propoſitis duabus formis, ſingulariter exhibuerim, dicam mox, cùm de nominũ conſtructione agam. Sed iam piget plurium formarũ. Nam ſi vniuerſam Syricorum nominum turbã in certas ſpecies cogere inſtituam: fruſtrà id coner, in tanta & temporis mihi præſcripti breuitate, & ocij penuria. Sunt enim multa nomina, quæ ſpecie inter ſe ſimillima videntur, cùm ſint & genere & numeri pluralis terminatione admodum diuerſa. Et poteſt quiſq. facilè, tum ex adiunctis verbis, vt dixi; tum aliis modis, quos Munſterus in ſua Grammatica Chaldaica præſcripſit; nominum genera cognoſcere. Quare iam pauca de conſtructione, qua alterum nomen ſubſtantiuum alteri hæret, exponam. quia ea alterius ſpeciem nonnihil mutat. vt & pronomina, cùm nominibus affiguntur.

De constructione vnius nom. ſubſtantiui cum altero.

Quas iam oſtendi tum ſingularis, tũ pluralis numeri terminationes nominũ; eæ nonnihil mutantur, cùm nomẽ; quod quidem ſubſtantiuum eſt; alteri ſubſtantiuo inhæret ea conſtructione, qua apud Latinos, & Græcos poſterius gignendi caſu terminaretur. Tum enim illud nomen quod ſic alteri inhæret; pauciſſimis exceptis; abiicit perpetuò ſuum Olaph; ſi quod in fine habebat; & ſimul vocalem quartam, in qua illud Olaph quieſcebat. Et, vt vniuersè dicã; ea nomina quæ etiam omiſſo Olaph plures habent. Diei tamen vocabulum, ܝܘܡܐ, ſæpè facit eum numerum more nominum feminini generis; nempe ܝܘܡܝܬܐ, vt ſuprà diximus. Suntque omnia, quæ propoſui, integra: neq. vlla ex parte mutila. Et in duodecimæ quidem formæ nominibus, præter vltimum Olaph, nulla eſt litera æmunatica (vt ſic appellem eas, quæ dictione ܐܡܬܢ continentur). Neq. in XIII. quoque: niſi quis putet Iud nominis, ܫܡܥܘܢ aſcitum eſſe. vt ſanè videtur.

Forma XIV.		Forma XIV.	
ܟܣܦܐ	argentum.	ܦܪܝ	fructus.
ܟܐܒܐ	dolor.	ܒܐܪ	puteus.
ܪܓܙܐ	impetus.	ܟܐܦܐ	petra.
ܕܐܒܐ	lupus.		

Decimam quartam formam feci eorũ nominum, quæ cùm habeant literam Olaph medium ſuę poſitionis elementum; ſiue id pro Vau, ſiue pro Iud poſitum eſt; efferuntur per tertiam vocalem in prima ſyllaba: altera verò terminatur more nominum maſculinorum, vocali quarta, cum Olaph, abſq. litera Tau. Atq. hæc, quamquam partim feminina, partim maſculina ſint, omnia tamen maſculinorum modo faciunt pluralem numerum. verbi gratia. certum eſt, ܟܐܦܐ petra, eſſe generis feminini nomen. & tamen eius plurale eſt ܟܐܦܐ lapides. Matth. IV. Eſt etiam in nonnullis Iud, loco Olaph, vt ܪܫܐ caput. Interdum quoq. omittitur Olaph. vt ܒܪ puteus, Ioan. IV. &c.

Forma XVI.		Forma XV.	
ܙܒܢܐ	tempus.	ܒܥܠ	mel.
ܡܠܟܐ	Rex.	ܒܗܬܐ	opprobriũ.
ܟܦܢܐ	fames.	ܟܣܬܐ	teſta.
ܣܘܣܝܐ	equus.	ܒܣܪܐ	caro.
ܟܦܢܐ	puluis.	ܡܛܪܐ	pluuia.
ܟܠܒܐ	canis.	ܐܡܪܐ	agnus.
ܓܒܪܐ	vir.	ܚܪܐ	liber.
ܚܩܠܐ	ager.	ܡܠܚܐ	ſal.
ܠܚܡܐ	panis.	ܛܝܢܐ	turba.
ܝܪܚܐ	menſis.	ܥܫܒܐ	herba.

exempli cauſſa in tabula illis nominibus appoſui. Nã dicimus, ܚܰܝ viuus, vel viua, & etiam ܚܰܝܳܐ viua. Nam de adiectiuis nominibus vniuersè dici poteſt; quæcũque genere maſculino interdum literam Olaph poſtremo loco habent, interdũ ea carent; illa, cùm Olaph habẽt, eſſe ambigui generis, & inſuper alterã etiam generis feminini formã habere per literã Tau. vt verbi gratia, ܙܰܟܳܐ femininũ eſt, ſi ſtatuas maſculinũ eſſe ܙܰܟ. at ſi ipſum genere maſculino vſurpes, tum femininũ eius fuerit ܙܰܟܳܬܳܐ. Similiter ܬܰܩܺܝܦ fortis, facit femininũ, ܬܰܩܺܝܦܬܳ. At hoc ipſum ܬܰܩܺܝܦ fortis, robuſtus (poteſt enim æquè maſculinè dici) facit femininũ ܬܰܩܺܝܦܳܐ. Porrò feminina, quæ per Tau fiunt, ea, vt ſubſtantiua, nihil mutãtur numero plurium. cetera verò plerumq. illic terminantur litera Nun cum quarta vocali; more participiorũ femininorũ. Et hæc de nominibus adiectiuis, vt in rudimẽtis, dicta ſatis ſunto. Ipſe enim orationis ſenſus ea facilè oſtendit, cùm inter legendum occurrunt. Et numerum, vt dixi, perpetuò produnt bini apiculi; ſingularẽ quidem, ſi abſunt; pluralem, ſi ſunt appoſiti. Statueram hîc finem formarum proponendarũ facere. Sed addam inſuper pauculas.

Forma XIII.		Forma XII.	
ܬܰܪܥܳܐ	clypeus.	ܡܶܬܰܒ	intellectus.
ܬܰܠܝܳܐ	latibulum.	ܝܰܘܡܳܐ	dies.
ܬܰܢܢܳܐ	nablium.	ܡܰܘܬܳܐ	mors.
ܬܽܢܳܢ	fumus.	ܝܳܢܳܩ	columba.
ܬܽܢܳܢ	nubes.	ܬܰܘܪܳܐ	taurus.
ܛܽܠܠܳܐ	vmbra.	ܩܳܪܳܐ	ceruix.
ܫܽܚܬܳܐ	corruptio.	ܫܽܘܠܦܳܐ	funis.
ܙܺܝܘܳܐ	ſplendor.	ܛܰܒܳܐ	excubitor.
ܨܺܝܢܳܐ	figulus.	ܛܽܘܠܳܐ	ſitula.
ܩܺܝܬܪܳܐ	cithara.	ζωμὸς, tus.	
ܙܳܢܺܝ	adulter.	ܛܽܘܪܒܳܐ	tumultus.
ܕܳܝܳܢ	iudex.	ܪܽܘܢܳܐ	exſultatio.

QVÆ nomina duodecima tabula, & decima tertia oſtendunt, quæq. illis ſunt ſimilia, maſculini generis pleraq. omnia ſunt. mutantq. proinde vltimam vocalẽ quartam, in ſecundam numero plurium.

Diei

ܟܰܕܳܒ. ܟܰܕܒܳܐ fallax, mendax.
ܚܰܫܺܝܟ. ܚܰܫܝܟܳܐ ſuauis.
ܩܰܫܺܝܐ. ܩܰܫܝܳܐ grauis.
ܥܰܘܠ. ܥܰܘܠܬܳܐ iniquus, ſceleratus.
ܒܰܚܺܝܪ. ܒܰܚܪܳܐ electus.
ܥܰܩܺܝܡ. ܥܰܩܡܳܐ peruerſus.
ܪܰܡ. ܪܡܳܐ altus.
ܪܰܒ. ܪܒܳܐ magnus.
ܟܰܦܰܢ. ܟܰܦܢܳܐ fallax.
ܛܰܒ. ܛܒܳܐ bonus.

DECIMO loco poſui ante oculos varia nomina, à verbis formata, per literã Mim prępoſitã: planè vt quę proximè, per Tau. Inter ea duo ſunt, in quibus deeſt primũ poſitionis elementum. in ܡܰܟܺܝܠ quidem Nun, in ܡܰܘܕܺܝ verò Iud. In tribus autem, videlicet, quarto, quinto, & decimo, conuerſum eſt primũ elementũ Iud, in Vau. vt in ܡܰܙܘܳܢ vltimum Olaph. Sed nõ eſt difficile aliorũ poſitionem cognoſcere. Et hîc rurſus feminina ſunt, quæ ſyllabam ܠ finiũtur. cetera ferè maſculina. & proinde in plurali numero formando, eadem quę in ſuperioribus obſeruanda ratio eſt.

De nominibus adiectiuis.

Vndecima claſſis cõtinet nomina, quę vocant Adiectiua, diuerſarũ formarum. Nulla autẽ vſitatior eſt, quàm ea, quæ ad modum Paul inflexionis Kal facta eſt. vt ܙܰܟܺܝ iuſtus, ܙܰܩܺܝܡ rectus, ܫܰܠܺܝܡ ſanus. Et hæc faciũt genus femininum per epentheſin literæ Tau ante poſtremum Olaph. vt ܙܰܟܺܝܬܳܐ iuſta, ܫܰܠܺܝܡܬܳܐ ſana. Quòd ſi ab illis verbis profecta ſunt, quorum poſtrema litera eſt Olaph, aut Iud quieſcẽs, tum ferè terminãtur ſyllaba io, hoc eſt, litera Iud conſonante cum vocali quarta ante Olaph: & ſunt iſtiuſmodi ſæpè ancipitis generis. vt ܕܰܟܺܝ purus vel pura. ܫܰܠܺܝ ſalutaris, aut viuus. ܡܰܠܺܝ plenus. ܪܰܡܺܝ excelſus. Cuius rei hæc, vt ego certè puto, eſt ratio: quòd cũ genere maſculino vſurpantur, ſunt verè nomina adiectiua. at cùm feminino, tum ſunt participia Paul. Nam ܕܳܟܺܝ purus; quod eſt maſculinũ Paul Kal, verbi ܕܟܳ, mundus fuit; facit genus femininum, ܕܰܟܝܬܳܐ pura, mundata. Fiunt tamen etiam ab ipſis interdum feminina tali forma, qualem ego

referri ea, quæ literam Olaph pro Tau aſciſcunt. quale eſt ܐܘܪܝܬܐ lex, quod formatum eſt à verbo ܐܪܝ, & ſi qua ſunt eiuſmodi alia. Sunt autem ea, quæ propoſui, feminina omnia, quæ quidem ſyllaba ܬ finiuntur, & proinde pluralem numerũ habent ſingulari ſimilem, quod ad vltimam ſyllabam attinet. Ceteroqui ܡܨܥܬܐ facit pluralem numerum eliſa litera Vau, ܡܨܥܬ cum vocali quarta ante ſyllabam ܬ. quod ſimiliter etiam in nonnullis aliis accidere nominibus diximus, in quibus ea litera quæ ſyllabam hanc proximè præcedit, non habet vocalẽ in numero ſingulari. Reliqua verò duo ſunt maſculina, terminanturq. numero plurium vocali ſecunda. vt ܐܪܡܬܐ aduenæ, Petri 11. &c.

Forma decima.

ܡܠܬܐ verbum.
ܡܕܥܬܐ ſcientia.
ܡܫܟܢܬܐ habitatio.
ܡܬܒܬܐ ſeſſio.
ܡܬܘܠܬܐ onus.
ܡܫܟܒܬܐ lectus.
ܡܬܬܩܢܬܐ confirmatio.
ܡܐܟܠܬܐ cibus.
ܡܨܝܕܬܐ rete.
ܡܦܩܬܐ prouentus.
ܡܠܦܢܘܬܐ diſciplina.
ܡܬܟܣܢܘܬܐ redargutio.
ܡܛܪܬܐ cuſtodia.
ܡܐܣܢܬܐ faſcis.
ܡܬܓܪܬܐ ſermo.
ܡܪܝܬܐ ſpeculum.
ܡܐܬܝܬܐ aduentus.

Forma vndecima.

ܓܒܪ . ܓܒܪܐ fortis.
ܝܚܝܕ . ܝܚܝܕܝ vnicus.
ܬܩܝܦ . ܬܩܝܦܐ fortis.
ܪܡ . ܪܡܐ excelſus.
ܒܝܫ . ܒܝܫܐ malus.
ܫܦܝ . ܫܦܝܐ confuſus.
ܒܛܠ . ܒܛܠܐ vanus.

Forma nona.

ܨܒܝܢܐ ratio, voluntas.
ܦܠܚܢܐ officium.
ܐܢܚܬܐ gemitus.
ܓܘܪ inquilinus.
ܟܪܙܘܬܐ prædicatio.
ܫܢܝܘܬܐ cõmutatio.
ܫܒܚܬܐ & ܫܒܚܬܐ laudatio, carmen.
In plurali. ܫܒܚܬܐ
ܣܦܪܬܐ narratio.
ܡܗܦܟܬܐ putrefactio.
ܠܒܘܫܬܐ veſtis.
ܣܬܪܬܐ velamen.
ܡܫܟܒܬܐ lectus.

Forma octaua.

ܥܘܠܬܐ iniquitas,
ܕܚܠܬܐ timor.
ܥܡܠܬܐ ærumna.
ܟܣܝܬܐ ignominia.
ܨܒܝܢܐ deſideriũ.
ܚܟܡܬܐ ſapientia.
ܙܡܪܬܐ cantus.
ܢܩܡܬܐ vindicta.
ܒܟܝܬܐ fletus.
ܨܘܚܬܐ clamor, eiulatus.
ܙܘܥܬܐ motus.
ܥܩܬܐ tribulatio.

SVNT etiam ea quæ in octaua claſſe collocaui, quæq. eis ſimilia multa leguntur, omnia generis feminini: neq. pluralẽ numerũ habẽt à ſingulari diuerſum. Deriuantur autẽ pleraq. omnia à verbis: & quædam quidem à perfectis, alia ab imperfectis. huius generis ſunt duo poſtrema, & tertium. Sunt enim ea ducta à verbis, quorũ medium elementũ eſt Vau ſilens. Item nonum, & decimum. quorum verba habent poſtremo loco Olaph quieſcens. Deniq. quintum, quod ex ordine habentiũ poſteriores duas literas geminas ductũ eſt. ac proinde in eo litera Gomal debet inſigniri pũcto Kuſoi, ad repræſentandũ alterũ Gomal, quod abeſt. At enim rectè ad iſtã ſpeciem referãtur alia quoq. nomina; quæ ipſa ſimiliter ſyllaba ܬ terminantur, atque à verbis profecta ſunt; quamuis non habeant quartam vocalem etiã in ea ſyllaba, quę vltimã proximè præcedit. Neq. enim nos ſingillatim formas omnes annumerare poſſumus. neque neceſſe eſt. ſed neq. vacat etiam. Nono loco propoſui nomina, quæ à verbis formata ſunt, aſcita litera Tau ad initium. Et ſex quidem illa, quæ Iud cum tertia vocali habent ante ſyllabã ܬ, veniunt à verbis, quorũ poſtrema litera eſt Olaph, ſiue Iud. eorum autem vnius verbũ, à capite etiam imperfectum eſt, nempe ܐܡܪ. eſt enim à ܐܡܪ, mutato Iud in Vau. Sicut illud ܐܪܡܬܐ, à ܪܡ. Poſſent autem huc quoq.

Septima forma.	Sexta forma.
ܙܒܘܢܐ gratia, beneficétia.	ܛܥܡܢܘܬܐ ſuauitas.
ܣܟܠܘܬܐ ſtultitia.	ܟܚܝܫܘܬܐ triſtitia.
ܙܕܝܩܘܬܐ iuſtitia.	ܩܕܝܫܘܬܐ ſanctitas.
ܫܩܝܪܘܬܐ falſitas.	ܙܕܝܩܘܬܐ iuſtitia.
ܫܒܝܘܬܐ iuuentus.	ܒܛܠܢܘܬܐ vanitas.
ܣܗܕܘܬܐ teſtimonium.	ܫܦܝܪܘܬܐ probitas.
ܣܟܠܬܢܘܬܐ ſtultitia.	ܫܦܝܪ probitas.
ܗܝܡܢܘܬܐ fides.	ܒܝܫܬܐ malitia.
ܬܘܒܐ pœnitétia.	ܚܘܠܝܐ morbus.
ܡܠܟܘܬܐ regnum.	ܡܟܝܟܘܬܐ humilitas.

SEXTO loco propoſuimus nomina quędam ſubſtantiua, formata ab adiectiuis, quę ſpeciem Paul inflexionis Kal referunt, mutato Olaph vltimo in Vau, & addita ſyllaba ܐ. Sic enim à ܙܕܝܩ iuſtus, fit ſubſtãtiuum ܙܕܝܩܘܬܐ iuſtitia. & rarò errauerit, qui eam rationem ex quibuſuis huiuſmodi adiectiuis ſubſtãtiua formãdi ſequatur. Sunt autem omnia generis feminini; vt ſolent apud Syros ea nomina, quæ ſyllaba ܐ terminantur. Itaq. numerus pluralis non eſt à ſingulari, niſi ſolis duobus apiculis, diſtinctus: quamquam rarò vſurpãtur multitudinis numero, quę ad iſtam formã ſunt facta. In ſeptimũ ordinem alia ſubſtãtiua retulimus, ſuperioribus quàm ſimillima: quæ ipſa quoque omnia ſunt generis feminini. Sed hæc, & quæ ad ipſorum ſunt formã facta cetera, numero plurium mutant plerumq. Vau vocalem in cõſonantem, & quæ proximè eam antecedit litera, ſumit vocalẽ primã, vt nuper dicebã. vt ܣܗܕܘܬܐ teſtimonia. ܣܟܠܬܢܘܬܐ ſtultitiæ. ܙܒܘܢܐ beneficentiæ. ܡܠܟܘܬܐ regna. Amittunt autẽ vtriuſq. formę nomina interdũ totam ſyllabã, ܐ, κῆ ἀποκοπῇ. Quale eſt illud Matth. XII. & Marc. XIII. & alibi ܡܠܟܘܬܐ regnum. Et Hebr. VII. ܒܝܫܬܐ malitia. & Heb. IX. ܫܘܫܢ vſus. Atque in plurali numero ſimiliter. vt ܦܘܪܨ partes. ܕܡܘܬ ſimilitudines, Hebr. I. Sed iſta rara ſunt, & anormia dici poſſunt. quale eſt etiam quod pro ܒܝܬ domus, vſurpatur nonnumquam, ܒ. veluti Matth. XII. & alibi.

Forma tionis litera; propterea quòd, vt diximus, in Piel pleraque verba perfectè atque integrè inflectuntur. At ܐܬܩܛܠ, quod ex Hiphil ſumtum eſt, caret litera Nun. Eſt enim à poſitione ܢܩܛ. In ܡܬܡܫܟܢ verò etiam redundat litera vna Mim; eſt enim ea geminata, vt in tractandis verbis quadratis expoſuimus; è quorum ordine natum eſt hoc nomen. Sunt autem pleraque formata à Benoni; & proinde ſignificationem habent actionis. Poſſunt tamen æquè ad Paul referri; cùm ſint, vt diximus, ſimillima in Piel illa Participia. Vnde illud ܡܫܒܚܢܐ ferè ſolent interpretari, virum laudatum, & primarium. Similiter illud, ܡܟܝܟܢܐ. hominem qui facilè ira permouetur. Sunt autem omnia maſculina. Porrò quinto loco poſui pauca quædam nomina, quæ verbalium, vt ſic dicam, ſpeciem quidem habent; ſed tamen deducta potius ſunt à nominibus ſubſtantiuis; ſignificantque eas qualitates, quæ illis ſubſtantiuis nominibus notantur, eſſe excellenter in iis, quibus ipſa accommodantur. vt, verbi cauſſa, ܓܒܪܐ, non ſimpliciter militem quemuis repræſentat: ſed hominem in rebus bellicis egregiè verſantem. Sumpſerunt autem ea præter ſyllabam ܢ, etiam literam Tau, ex Æmunaticis. Sunt verò etiam ipſa maſculina; vt ſuperiora: & proinde addidi formam, qua ab eis feminina eiuſdem notionis duci ſemper queant, poſita litera Iud quieſcente in vocali tertia ante Tau. Sed enim maſculina vtriuſque formæ ſic faciunt pluralem numerum, vt de aliis adhuc diximus. Feminina verò, quæ appoſuimus, ea nullius aut literæ, aut vocalis mutatione, ſed ſolis binis appoſitis ſuprà punctis fiunt pluralia. Eſt autem vtriq. formæ (de maſculinis loquor) hoc commune cum proximè ſuperioribus, quod aliquando vſurpentur abſque Olaph. vt ܚܒܪ fraudator, ܚܣܝܕ & ܚܣܝܕ miſericors, & beneficus, Dei epitheta, quæ ſæpè in Pſalmis occurrunt.

QVÆ in tertia forma exhibui, ſunt ſimiliter omnia perfecta. neque in eis vlla poſitionis litera deſideratur; præter ܗܘܕܝܢ, cui deeſt vltima litera, ſiue ea Iud eſt, ſiue Olaph. Habẽt autẽ prẽter extremum Olaph, & literam Vau; inſuper literam Nun ex Æmunaticis. ſuntq. omnia generis maſ. & fiunt pluralia eadem mutatione vocalis poſtremę, qua ſuperiora. vt ܚܘܫܝ morbi. Matth. 1 v. &c. Eſt autem in hac forma notandum, quòd Olaph interdum abeſt, terminanturq. nomina litera Nun. Dicimus enim etiam; ܚܘܫ morbus, Mat. v 1. Et ܫܘܠܛ poteſtas, Matth. x x 1. atq. in aliis, &c.

Forma quarta.

ܡܕܡܢ adiutor.
ܡܕܒܘ adiutor.
ܡܫܡܫܢ ſuſtentator.
ܡܦܪܩ liberator.
ܡܐܬܐ eductor.
ܡܗܝܡ irritator.
ܡܙܕܩ expurgator.
ܡܫܒܚ laudabilis.
ܡܥܕܐ conſolator.
ܡܪܝܪ morоſus.

Forma quinta duplex.

ܓܒܪ bellator.
ܬܚܠܠ impoſtor.
ܓܒܪ militaris vir.
ܚܟܝܡ prudens vir.

Et ab eis feminina.

ܓܒܪܬܐ bellatrix.
ܬܚܠܠܬܐ fraudatrix.
ܓܒܪܬܐ fortis mulier.
ܚܟܝܡܬܐ prudens mulier.

IN quartam claſſem contuli nomina, quæ omnia per appoſitam ſyllabam, ܢ, formata ſunt à participiis Piel; prẽter duo, videlicet ܡܕܒܚ, & ܡܙܕܩ, quæ ex participiis Hiphil ducta addere volui; vt vtriuſq. modum videret lector formæ. Eſt enim par vtrobiq. ratio. Eorum quæ ad Piel pertinent nulli deeſt aliqua poſitionis facere in aliis lectores poſſint. Nemo autẽ me accuſet, ſi minimè exacto ordine illas propoſuero: nam profectò à tanta cura me excludit temporis breuitas. Librarius enim iamdudum me vrget, propter operas, ne ocioſæ ſint.

VARIÆ NOMINVM FORMÆ.

Forma ſecunda.	Forma prima.
ܚܫܡܐ contemtio.	ܥܒܕ effector.
ܡܫܚܩ irriſio.	ܥܘܕ adiutor.
ܫܦܠܐ falſitas.	ܣܟܢ habitator.
ܣܓܝܐ multitudo.	ܙܥܪ vexator.
ܡܗܝܪ mora.	ܚܫܡ incantator.
ܚܟܡܬܐ prudentia.	ܦܕܐ redemtor.
ܡܬܩܢ præparatio.	ܡܪܕ rebellator.
ܡܥܕܐ afflictio.	ܢܨܪ vindex.
ܫܚܠܦܐ commutatio.	ܪܕܐ gubernator.
ܪܫܥܐ impietas.	ܚܨܕ meſſor.
ܚܦܪܐ foſſio, fouea.	ܥܘܬ hoſtis.
ܬܫܡܫܐ oblectatio.	ܢܛܪ cuſtos.
ܙܟܘܬܐ purgatio.	ܣܓܕ adorator.

VTRIVSQ. harum formarum nomina perfecta ſunt; & præter conſuetam literam Olaph, quæ finem occupat, ſolam Vau ex Æmunaticis literis ad mediũ aſcitam habent; prioris quidem formæ in ſecunda ſyllaba; poſterioris verò in prima. Et prioris quidem formæ, omnia; quæq. eis ſimilia fiunt; ſunt generis maſculini. Sunt enim ſimilia illis nominibus, vt vocãtur, verbalibus; quæ apud Latinos ſyllaba, tor, finiuntur. Poſteriorẽ quoq. formã quæ imitantur, pleraq. omnia maſculina ſunt. fitq. in vtriſq. numerus pluralis, ſi loco vltimæ vocalis, quæ quarta eſt, ſcribatur ſecũda. vt ܣܓܕ adoratores, Ioã. IV. ܪܫܥ impietates, &c.

Forma tertia.	Forma tertia.
ܙܟܪܢ memoria.	ܦܘܨ ſalus.
ܬܚܚܢ ærumna.	ܦܩܕܢ mandatum.
ܚܘܫ morbus.	ܣܟ vituperiũ.
ܬܙܘܢ vindicta.	ܐܚܙ tribulatio.
ܬܘܒܢ auxilium.	ܦܠܚ vtilitas.

mæ. ܩܪܢܐ cornu, ܩܪܢܬܐ cornua. ܐܘܪܚܐ via. ܐܘܪܚܬܐ viæ. Porrò vt de altera masculinorum nominum terminatione dicebamus, quæ fieret per literam Nun, cum præcedente Iud,& vocali tertia; sic de femininis quoq. dicendū est; ea nonnumquam numero plurium finiri litera Nun, cum vocali quarta. Hanc tamen terminationem esse vsitatissimam in participiis femininis; & secundum ea, in nominibus adiectiuis.nonnumquam tamen in aliis nominibus quoque. vt ܫܘܫܦܐ tribulationes. ܫܝܩܠܐ catenæ. Sed quæ sic terminantur, nomina, plerumq. etiam altera forma vsurpantur. Nam & ܫܝܩܠܬܐ, propè eodem loco scriptum est, Act. xii. & ܫܦܩܐ, atq. ܫܦܩܬܐ fatuæ. & rursus ܡܚܬܢܐ atq. ܡܚܬܢܬܐ prudentes virgines,Matth. xxv. Item à nomine ܟܘܪܣܝ sedes,legitur in Psalmis ܟܘܪܣܐ, numero pluriū, per Vau consonantē; & ܟܘܪܣܘܬܐ Sic ܡܕܝܢܬܐ ciuitas, facit ܡܕܝܢܐ & ܡܕܝܢܚܐ ciuitates,Luc. viii. Non pauca etiā nomina generis feminini efficiūtur pluralia, modo masculinorum. Sicut viciſſim quędam masculina terminationem femininorum in numero plurium habēt. vt ܫܥܬܐ hora, quod nomen est femininū; dicitur in plurali numero ܫܥܝܢ horæ. ܪܓܠܐ pes, ܪܓܠܐ pedes. ܐܘܕܢܐ auris, ܐܘܕܢܐ aures. & ita de plerisque aliis corporis partibus,quas natura binas procreauit. vt ܥܝܢܐ oculus, ܥܝܢܐ oculi, &c. Et alia nomina. vt ܟܐܦܐ petra, ܟܐܦܐ petræ. Rursus masculina quæ imitantur feminina. vt ܠܝܠܝܐ nox, ܠܝܠܘܬܐ noctes. ܝܘܡܐ dies, ܝܘܡܝܢ plures dies. ܐܬܪܐ locus, ܐܬܪܘܬܐ loca. ܢܗܪܐ flumen, ܢܗܪܘܬܐ flumina. ܐܪܝܐ leo, ܐܪܝܘܬܐ leones. Sed potest facilè sibi quisq. priuatim ista, legendo auctores,obseruare,atq. annotare. Nimis enim longum esset omnia persequi. Satis ergo de Numeris dictum esto : præsertim cùm errori in illis locus non sit; vt expositi. Sed ponam ante oculos quasdā nominum formas; quales frequentissimæ apud Syros occurrunt, & in singulis cùm genus, tum numeri pluralis terminationem, qualis sit, commonstrabo; & simul quas literas ex Æmunaticis ascitas habeant, admonebo. vt de iis coniecturam facere

qua in plurali numero terminantur, ferè est eiusmodi, vt in locum vocalis quartæ, quæ numero singulari ante postremum Olaph audiebatur, succedat vocalis secunda. Nam à singulari ܡܠܟܐ Rex, fit plurale ܡܠܟܐ Reges. à singulari ܙܝܦܐ iustus, est plurale ܙܝܦܐ iusti. Illa tamen nomina,quorū positio habet vltimo loco literam Olaph, aut Iud,plerumq. faciunt pluralem numerū syllaba aio; & proinde sæpè à singulari solis duobus apiculis ille discernitur. vt ܫܡܝܐ cæli (vt sic dicam) ܒܢܝܐ filij. ܒܪܝܐ electi. ܣܟܠܐ stulti. Est & alia apud Syros nominum masculinorum numeri pluralis terminatio, quæ fit per literam Nun, cum Iud ante ipsam, & vocali plerumq. tertia; interdum tamē secunda. Sed ea terminatio est participiorū propria : & in verborū formulis à nobis satis expositа . ceteroqui paucis apud Syros nominibus accommodatur. No- Nomina
mina autem generis feminini ; præsertim feminina.
quæ terminatione ܬ finiuntur, quorum Nota.
maxima pars est, plerumq. habent pluralem numerū prorsus eundem quem singularem;sed binis apicibus,vt dixi,distinctum. vt ܪܫܝܬܐ rete. ܪܫܝܬܐ retia. ܥܘܠܬܐ iniquitas . ܥܘܠܬܐ iniquitates . Quæ tamen eiusmodi sunt, vt litera quæ syllabam, ܬ, proximè anteit, nullam habeat vocalem in numero singulari, ea solent in numero plurali assumere illic loci vocalē quartam . vt ܡܕܝܢܬܐ ciuitas. ܡܕܝܢܬܐ ciuitates. ܬܫܒܚܬܐ, carmen, laudatio. ܬܫܒܚܬܐ carmina, laudationes. vbi eius variationis gratia etiam Vau sublatū est. quod in aliis quibusdam similiter fit. Multa quoq. quæ in singulari habent literam Vau quiescentem in quinta vocali ante syllabam ܬ, mutant illam in consonantem numero plurium.Sic à ܡܠܟܘܬܐ regnum, fit numerus plurium ܡܠܟܘܬܐ regna. & à ܣܟܠܘܬܐ stultitia, error, ܣܟܠܘܬܐ errores, delicta, stultitiæ, Psal. xxii. & plerumq. hoc casu attribuitur vocalis prima ei literæ quæ literam Vau proximè antecedit.vt ܚܘܫܒܢܐ in singulari. ܚܘܫܒܢܐ in plurali, &c. Sunt etiam, quæ etsi nūmero singulari plerumq. vsurpentur sine litera Tau, tamen numero pluriū ascisciūt Tau . vt ܢܦܫܐ anima. ܢܦܫܬܐ ani-

vox, vt mihi videtur, & quæ vix vmquã, niſi properandæ narrationis, aut affectionis cuiuſpiam gratia, omitti ſolet, veluti Matth. 1v. Sanabat Ieſus in populo ܟܠ ܒܝܕ ܡܟܐܒܐ, omnem dolorem & morbum: celeritate orationis, facilitas ſanandi repræſentatur. Nam profectò ſi Emphaſeos cauſſa additur ea litera, equidem non video cur à nomine ܪܘܚܐ ſpiritus, & ܢܘܪܐ ignis, abſit in verſiculo quarto Pſ. CIV. cùm ſcribitur ܕܥܒܕ ܡܠܐܟܘܗܝ ܪܘܚ̈ܐ ܫܠܝܚ̈ܘܗܝ ܢܘܪ̈ܐ ܡܫܡ̈ܫܢܘܗܝ. Hoc eſt, Fecit angelos ſuos ſpiritum, & miniſtros ſuos ignem ardentem. Quis enim nõ exiſtimet angelos haudquaquam vulgarem vel ſpiritum, vel ignem eſſe; ſed excellentiſſimi generis? Sed hoc hactenus.

Pſal. 104. verſ. 4.

De genere nominvm.

Vt apud Hebræos, ſic Syros, duplex nominũ genus eſt. alia enim ſunt maſculina, alia feminina. vtrius autem quodq. nomen generis ſit, non poteſt facilè certis regulis definiri. Hoc tamẽ propè vniuersè ſtatui poteſt; Nomina quæ ſyllaba ܐ terminantur, pręſertim numero ſingulari, ea eſſe feminina. Similiter vocabula quæ corporis partes ſignificant, quas ipſa natura binas fecit. Hæc enim, quamuis plerumq. more maſculinorũ nominum varientur, tamen generis ſunt feminini. Sed fruſtra pergam res diſſimillimas & propè infinitas paucis regulis includere. Neque operæprecium fuerit ſi faciam. quãdo ad intelligenda Syrorum ſcripta ſatis eſt, ipſa aſpecta nomina, atque in oratione poſita, genere, numero, caſu diſcernere. Neque verò, quod ad genus attinet, hoc difficile fuerit; cùm nomina abſque verbis haud ferè vſurpentur; verborũ autem genera certiſſima ſint: & ipſis inflexionũ formulis, quas in tabulis dedimus, explicatiſſima, in quauis perſona atq. numero.

De nvmero nominvm.

Porrò Numerus quoq. apud Syros, nullo errore, cognoſci perpetuò poteſt. Nam quamtumuis deproperata ſit libri cuiuſpiam ſcriptura; hoc tamẽ obſeruatum vbiq. eſt, vt pluralis numerus ſit notatus binis punctis ſuprà appoſitis; ſicut dicebamus cùm puncta tractaremus. Ceterùm forma nominũ maſculinorum, qua

Nomina maſc.

à capite, aut litera Iud, quæ ingenium & naturam literæ Nun imitatur, (vt in verborum tractatione diximus) plerumque apponunt Syri ad initium literam Mim, neq. ferè aliam ex earum literarum, quas diximus aſciſci ſolere, numero. At quãdo abeſt Iud; quod quieſcere ſolet in verbis; tum ſæpè nulla ex numero literarum ܐܡܬܢܗܝ aſſumitur. in initio, vt ܐܝܓܐ cura, ſollicitudo, à poſitione ܝܓ. Et ܐܒܬܐ ſomnus, à themate ܒܥ. Verùm ſi hoc tale Iud mutatũ ſit in Vau, tum opus eſt præpoſita litera, vt ſic dicam, Æmunatica: eaq. ferè eſt aut Mim, aut Tau cum vocali prima. vt ܡܘܬܒܐ, ſeſſio, ſedes. à verbo ܝܬܒ. ܫܪܝܪܐ, quod reliquum eſt, reliquiæ. à verbo ܫܪܐ. Rurſus in medio mutilũ eſt, ܐܬܝܢ, paſſio. deeſt enim medium Schin; cùm poſitio ſit, ܫܡܥ, geminata ſecunda litera. & ܒܝܬ domus; quod aliquando pro ܒܝܬܐ vſurpatur. & ܛܒ bonus: quod eſt ex numero habẽtiũ medio loco Vau ſilens, ſiue quieſcens. In fine curtum eſt ܡܪ, pro ܡܪܢ dominus. ܟܪܡ vinea, pro ܟܪܡܐ. Sed huiuſmodi pauca ſunt. Ex his ergo exemplis imperfectorũ nominũ, cõiecturam quiuis facere poteſt de aliis, in quibus elementum aliquod deeſſe intelligit. Neq. enim opus eſſe iſta explicari à me prolixius puto: cùm ſimiliter apud Hebræos, atq. apud Syros fiant. Ego autem iis qui Hebraicè eruditi ſunt, vt ſæpè dixi, iſta ſcribam. Similiter quod ad vſum literarum ܐܡܬܢܗܝ, quas modò dixi, ad formanda nomina aſciſci ſolere, attinet; iubeo lectorẽ ea reuocare in memoriam, quæ in Hebræorũ ludo didicit. Hoc ſolum addam, literam Olaph rarò ab vllius Syrici nominis fine abeſſe; niſi ſi pronomina fuerint affixa; aut conſtructio cũ alio nomine hoc poſtulet; de qua pòſt ſumus dicturi, aut ſingularis alia ſubſit cauſſa. Scribit quidem Elias Grammaticus acutiſſimus, & mihi olim familiaris, Chaldæos ea litera veluti ἐμφάσεος nota vti; planè vt Hebræi literam He nominibus ſæpè præponunt. At vt hoc illi cõcedam; mihi tamẽ nõ facilè vllus perſuaſerit, in Syrorũ vocabulis perpetuò ἔμφασιν eſſe, quoties appoſitum Olaph ad finem habent. Eſt enim ea veriùs linguę propria

Litera O. Laph nominum finis appoſita.

quas orationis partes. quæ, quia nõ multis casibus variantur; perinde atq. apud Latinos & Græcos; aut vt verba; parum erit in earum tractatione consumendum operæ. Quapropter non est, quod Lectorem harum rerum minutarum tædeat. Perstringentur enim breuissimis verbis; & dilucidis ob oculos positis exemplis ostendentur, quoad eius certè à nobis fieri poterit.

DE SECVNDA ORATIONIS PARTE, QVAM SYRI VOCANT ܫܡܐ, HOC EST, NOMEN.

VT in aliis linguis, sic etiam in Syrica, pars ea orationis, quæ Nomen à nostris Grammaticis vocatur, & à Syris ܫܡܐ, multis modis diuidi potest. Sunt enim Nomina alia Substantiua, alia Adiectiua. Sunt quæ à Verbis ducta, possunt Verbalia vocari. Sunt etiam quæ non videntur nata è Verbis. Sed præter huiusmodi specierum, & aliarum multarum differẽtias, quæ cum prima puerili doctrina tradi solẽt; sunt apud Syros, sicut Hebræos, quædam nomina, quæ solis suæ positionis literis constant. vt ܡܠܟ Rex. ܟܬܒ liber. ܟܣܦ pecunia. ܥܒܕ seruus. Alia verò literas alienas ascitas habent, & modo vnã, modò plures; atq. quædã ad caput; quædam in medium; multa ad finem; multa etiam pluribus locis. Sunt autem eæ literę quæ apponi nominibus solẽt apud Syros, eędẽ ferè quę apud Hebręos, nisi quòd illi litera He nõ vtantur ad formãda nomina. Possunt itaq. memoriæ caussa notari hac dictione, quæ à Syris vsurpãtur in nominum formis alienæ literæ, ܡܠܟ. Sunt enim Olaph, Mim, Vau, Nun, Tau, & Iud. Denique, vt Verba, ita & Nomina; alia perfecta sunt, hoc est, positionis suæ literas omnes expressas habent. Alia verò imperfecta; vtpote manca, & aliqua suæ positionis litera carentia, quæ aut in principio, aut medio, aut fine desideratur. Quale est ܡܚܬܢܐ eductor. deest enim ei litera Nun à capite; cùm positio integra sit, verbũ ܢܚܬ. & ܡܘܕܥ scientia. Nam desideratur in initio litera Iud; cùm perfecta radix sit, ܝܕܥ. Et in huiusmodi nominibus in quibus litera Nun abest à capite; tum sæpe Iud, nonnumquam etiam Vau asciscunt: idq. faciunt, vt apparet, pro geminatione mediæ literę, quam forma Piel alioqui exigeret. exemplo est verbum ܗܡܝܢ credidit. in quo tamẽ etiam litera He pro Olaph posita esse videtur. Est enim hoc Piel verbi ܐܡܢ, quo vtũtur Hebræi in Niphal, & Hiphil. Item verbum ܫܚܬ, quod similiter est Piel verbi ܫܚܬ. Et per literã Vau, ܐܬܠܗܛ quod est Hithpael verbi ܠܗܛ: significatq. à flamma corripi, atq. ęstuare. In fine auctũ à Syris verbum nullũ, ego certè, repperi; nisi adiecto Olaph, aut Iud. quale est ܐܬܦܠ aluit, nutriuit. vbiq. enim sic inflectitur, vt ea quę habent vltimo loco Olaph quiescẽs. Ceterũ de omnibus istis verbis variandis per suos casus, hoc dixisse satis fuerit: ea perfectorum more, secundũ formã Piel, aut Hithpael inflecti. Vnde à ܐܬܫܒܚ, est futurum Hithpael ܢܬܫܒܚ gloriabuntur, superbient, magnificè se iactabunt, Ps. xxv. à ܫܩܠ est similiter futurum Hithpael ܢܬܫܩܠ si inciderit, securis videlicet, in proximum, Deut. xix. A ܫܪܐ, est præteritum Hithpael ܐܬܫܪܐ festinarunt, Psal. cvi. Et Paul inflexionis Piel, ܡܫܪܐ festinus, præproperus, Iacob. i. Ab ܗܡܝܢ est Benoni Piel, ܡܗܡܝܢ credens, fidem adiungens, Heb. iii. à ܫܚܬ est Benoni Piel, ܡܫܚܬ pascit verba sua in iudicio, Psal. cxii. à ܩܛܪ est præteritum Hithpael, ܐܬܩܛܪ succensa fuit pyra, Psal. xviii. & Iudicum vi. quod Græcè est, ἀνήφθη πῦρ, redditur à Syro, ܐܬܩܛܪ ܢܘܪܐ. Itẽ Benoni, ܡܬܩܛܪ Act. v. Denique à ܐܟܠ est Benoni Piel ܡܐܟܠ pascens, Mat. vi. Et ab eo participio formatũ nomen est ܡܐܟܢܐ, nutritius, alumnus, Ps. lxxxiv. & præteritũ ܐܟܠ pauimus, Matth. xxv. Tantum de istiusmodi verbis ex pluribus quàm tribus literis constantibus. Nam quæ alia passim occurrunt, ex Græca lingua, aut alia quapiam sumta, quia planè peregrina sunt, nihil attinet de iis verba hoc loco facere. Hactenus ergo de verbis dictum à nobis esto. in qua tractatione ea sola attigimus, quorũ lectores Hebraicis antè præceptis eruditos putauimus esse admonendos. Nunc porrò pergemus ad reli-

Nota.

Verba peregrina pluriũ literarum.

brate. Psal. verò xxx. & xxxiv. aliisq. locis, est Futurũ, ܐܶܪܽܡܡ extollam. Rursus Petri ii. est Mandatiuum Hithpael, ܐܶܬܪܰܓܫ concupiscite. & Act. xix. Benoni Hithpael, ܐܶܬܪܰܡܡ extollebatur nomen Iesu. Deniq. ܐܶܬܪܰܡܡ iactãtes se, Psalm. xxxv. Sed non pergam plura conquirere. Ex his enim facilè quiuis cognoscat, quibus modis ista verba sint vbiuis inflectenda.

De verbis aliis quæ plures *quàm tres literas habent.*

Est & aliud apud Syros verborum genus, quę pluribꝰ quàm tribus literis cõstant, neq. tamen vllam, sicut ea quæ proximè diximus, geminatam habent. Sunt autem etiam ea ex positionibus trium literarum, vt videntur, facta certorum elementorum accessione, quæ aliquando ad initia, interdum in media, nonnumquam ad fines ascisc untur, vt à verbo simplici, ܫܬܐ bibit, factum est ܐܶܬܫܬܐ. quo crebrò vtuntur Syri, pro illo. Sic à dictione קבל, quæ Hebræis & Chaldæis significat coram, fecerunt Syri verbũ ܩܒܠ, quod vsurpant pro παρεντυγχάνειν, obuiam alicui esse, & incidere in quempiam; præposita litera Somchat. Similiter ab Hebræorum רחב, quod incitationis, alacritatisque notionem habet, formarunt eadem præposita litera, verbum ܪܗܒ, quod ipsis significat, festinare, properare. Et à verbo בהר, quod apud Hebręos significat splendorem; fecerunt ܒܗܪ, apposita à principio litera Schin, quod vsurpant pro superbire; & splendorem, vitæ cultu, præ se ferre. Et ab חלף, quo Hebræi significant mutationem, fecerunt illi per eandem literã ascitam ܚܠܦ. quo verbo similiter vtuntur pro commutare. Deniq. ab עבר, quod apud Hebræos ad seruitutem pertinet, formarunt ܥܒܕ, quo significant, subiicere, & in seruitutem mancipare; aut adigere. à ܥܓܒ desiderare, ܥܓܒ inescare, et fallere cupiditate rei alicuius. à רתח, quod est ebullire, ܥܪܬܚ augere. à ידע noscere, ܐܝܕܥ signum dare, mutato etiam Iud in Vau, &c. Itaq. ad initia aliquando quidem Olaph, sępius autem adhibent illas literas, Somchat, aut Schin. Cùm verò verbum medio loco augent, aut vna, aut plures literæ geminantur. Fit autẽ hoc plurimum apud Syros, cùm in iis verbis, quæ duas posteriores literas habent geminas, prima repetita inter duas geminas media collocatur. veluti cùm à verbo ܡܪܪ, quod amarum esse significat, efficiunt ܡܪܡܪ irritauit, bilem mouit. ܕܘܕ contendit, iurgauit, ܕܘܕ molestus fuit, vexauit. à ܥܓܒ desiderauit, ܥܓܓ concupiuit magno desiderio. Interdum etiam, cùm in verbis, quę mediam literam quiescentẽ habent, omissa illa media, reliquæ duæ geminantur. Sic à verbo ܪܘܡ altus fuit; cuius media litera Vau est; fit ܪܘܡܡ exaltauit, extulit, verbum in Psalmis frequentissimũ. Prioris formæ vsurpandæ ratio hæc, nisi fallor, est: quòd illiusmodi verborũ, quorũ posteriores duæ literæ sunt geminæ, absurda esset pronũciatio, & dura, in Piel; cùm vna eademq. litera ter sonaret; præsertim quæ alioqui per se voce nõ admodũ facili potest efferri, quales sunt Risch, Gomal, & similes. Vtuntur enim Syri istis quadratis, vt sic appellem, verbis in solo Piel; & in eo Hithpael, quod à Piel ducitur. Posterioris verò caussa ea ipsa afferri potest; ob quam Hebræi quoq. in Piel, & Hithpael eorum verborum, quæ mediam literã Vau silentem habent; postremam geminant, cùm dicunt, בוּנּן, & הִתְבּוּנֵן; pro בִּין & הִתְבִּין. Sed enim est & tertia quadratorũ verborum species, ex verbo, cuius primum elementũ est Iud; facta per meratheſin, simul & geminationem secundæ literæ, & conuersionem Iud in Vau. Nam à ܫܒܚ, dicũt Syri in Piel, ܫܘܒܚ: & in Hithpael, ܐܶܬܫܘܒܚ, iactauit se, extulit se, atq. magnificauit: vt Plautino verbo vtar. Nimirum ista vox & suauior est, quàm si simplex Piel, vel Hithpael formetur, & grandius quiddam sonat. Sed adiungã exempla ex sacris literis, de iis verbis, quæ modò dixi. Nam tabulas integras proponere nihil est necesse; cùm planè more modoq. perfectorũ verborum in Piel, aut Hithpael varientur omnibus casibus. Igitur Psalmo lxxviii. & Psal. cv. & cvi. est ܡܪܪܡ exacerbauerunt. & alibi Infinitum, ܡܪܪܡܘܬ. Et Psalmo xcix. est Mandatiuum, ܪܘܡܡ extollite, efferte, cele-

De Hithpael verborvm, qvæ *duas posteriores habent geminas.*

Qvod de Piel dicebamus, id de Hithpael quoq. dictũ accipi potest. Nam ista verba, dum ad patiendi notionẽ accõmodantur, plerũq. aut perfectorũ modo, aut quadratorũ variantur. Ceteroqui possunt à Kal formari, sola syllaba cõsueta illi formæ præposita. veluti si dicas, ܐܬܬܒܥ ܐܬܬܒܥ quæ deinde sic sunt suis terminationibus varianda, vt in Kal ostendimus. Quare non fuerit operæ precium hîc singulare exemplum adiungere.

De verbo ܐܬܒܥ.

Prius tamẽ quàm ad ea verba progrediar, quæ ex pluribus quàm tribus literis prima cõpositione cõstant, facere non debeo, quin lectorẽ moneam, verbum ܒܥܐ vixit, multis quidem casibus referre inflexionem verborũ, quæ habent vltimã literam quiescentẽ. At in non nullis anorme esse, & pro Iud Olaph sumere, aut etiam ipsum prorsus abiicere. Deniq. in aliquibus etiam simile esse eorũ, in quibus prima est Olaph. Nam facit quidem Benoni Kal, numero singulari, ܒܥܐ viuens, vt cetera sui ordinis. At numero plurali, mutato Iud in Olaph, plerumq. est ܐܝܢ viuentes. Rursus in futuro habet sub literis prępositis vocalẽ tertiam, similiter atq. ea, quorũ prima litera est Olaph. atque ideo sæpè etiam ascisit sibi illo loco Olaph. vt ܢܚܝܐ ܠܒܗܘܢ viuet cor eorum in sæcula, Psal. xxii. & numero plurali, absque Olaph, ܐܢܬܘܢ ܬܚܝܘܢ vos viuetis, Ioã. xiv. Sed exemplorum satis est vbiq. obuiam. Iam verò in infinito rursus amittit Iud. Est enim ܡܚܝܐ Luc. xviii. & alibi sępè. Similiter in pleriśq. locis Hiphil. Dicunt enim Syri ܐܚܝܐ vitam dedit, ܡܚܝܐ vitam dans, 1. Timot. vi. Et in futuro ܢܚܝܐ. ܢܐܚܝ. ܢܚܝ: atque etiam ascito à capite Olaph, ܐܢܚܝ. & ܐܚܝ. Et hactenus de verbis imperfectis, quorum positio tria habet elementa. Nunc paucis differam de iis, quæ ex pluribus literis sunt composita.

De verbis qvadratis.

Sicvt apud Hebræos, ita apud Syros quoq., genus est quoddam verborum, ex quatuor compositũ elementis: quæ à simplicibus ducuntur positionibus, quarum aut

ܐܬܩܛܠܢ 2. plur. fem.

ܐܬܩܛܠ vel ܢܬܩܛܠ 1. pl. communis.

Benoni.

ܡܬܩܛܠ sing. masc.

&c. ܡܬܩܛܠܐ sing. fem.

Imperatiuus.

ܐܬܩܛܠ. ܐܬܩܛܠܝ. ܐܬܩܛܠܢ 2. f. m.

&c. ܐܬܩܛܠ 2. f. fe.

Futurum.

ܢܬܩܛܠ. ܢܬܩܛܠ. ܢܬܩܛܠܢ 1. f. com.

&c. ܬܬܩܛܠ. ܬܬܩܛܠ 2. f. masc.

Infinitum.

ܡܬܩܛܠ. ܡܬܩܛܠܘܬܐ

Cetervm hoc quoq. in istis verbis obseruandum est, eam literam quę ex geminis seruatur, veluti geminandam esse ipsa pronunciatione, & proinde notandã impositò Kusoi, si ex earum est numero, quæ eius sunt puncti capaces, & non sit dictionis extremum elementum: plane vt apud Hebræos notatur dagges. idq. ex eo exemplo est manifestũ, quod suprà ex Psalmo xliv. produximus. Dico ܡܟܟܐ humilis fuit anima. Habet enim illic literra Coph duritatis notam in vertice, quæ repræsentat alterã absentem Coph. Nam si integrè scriberetur, esset, vt dixi, ܡܟܟܐ Vnde cùm à literæ Risch geminatione omnes abhorreant, propter vocem insuauem; Syri aliquando literam Vau, vt deficientem literam eo modo repræsentent, tamquam pro dagges infarciunt. vt Psal. lxxxviii. in verbo ܥܒܕ factum est. Est enim sic scriptum, pro ܥܒܕ concidi, & defeci. Et hæc quidem in Kal. At in Hiphil hoc punctum hæcq. nota apponitur non vltimæ positionis literæ, hoc est, ei quæ mediã absentẽ proximè sequitur: sed primæ, quæ præcedit; contrà atq. Hebræorũ Grammatici præcipiũt. Quod apertè deprehendi in verbo ܒܗܬ; quo Syri pro arguere, & castigare sæpè vtũtur in Hiphil. Sic enim scriptum est Psalm. vi. ܠܐ ܒܟܦܟ ܬܟܝܢܢܝ ܘܠܐ ܒܚܡܬܟ ܬܒܗܬܢܝ Domine ne in ira tua arguas me. & Ps. cv. ܐܟܚ arguit Reges coram ipsis. Et alibi in Psalmis est Benoni ܡܟܝܚ arguens. neq. vsquam sine Kusoi supra Coph. Et hæc hactenus.

eius formæ inflexio, aut planè more verborum perfectorum fit, expreſſis omnibus literis; aut efficitur per verbum quadratum, vt vocant: de quo mox dicturi ſumus. Adiungam igitur huius ordinis exemplum in tabula, quàm potero pauciſſimis.

Præteritum Kal.

3.ſ.maſ.
3.ſ.fem.
2.ſ. maſ.
2. ſ.fem.
1.ſ.communis.

Plurale.

3. plural. maſc.
3. pl. fem.
2.pl.maſ.
2.pl. fem.
1.plu.com.

Benoni.

Et ſine Olaph. 1. Pet. III. ſing. maſ.
ſing.fem.

Plurale.

plur.maſ.
plur.fem.

Paul fit more perfectorum.

Imperatiuus.

2.ſ.maſ.

Et ita in ceteris vt in quieſcentibus in medio.

Futurum.

&c. 1.ſ.com.

Infinitum.

&

Præteritum Hiphil.

3 ſ.maſ.
3.ſ.fem.
2.ſ.m.
2.ſ.fem.
1. ſ.com.

Plurale.

3.pl.maſ.
3.pl.fem.
2.pl.maſ.

De verbis qvæ dvas posteriores literas habent geminas.

Vt apud Hebræos, ea verba quorum ſecundum, & tertium poſitionis elementum eadem eſt litera, ſæpè alterum abiiciunt: ſic apud Syros quoque. Nam à humilis, aut afflictus fuit, eſt in tertia perſona feminina Kal, Pſal. XLIV. afflicta fuit anima mea. quod integrè diceretur : ſicut . Et à , quod ſignificat firmum, fixum, rectũ, verum eſſe, eſt Hiphil, cõfirmauit, Pſ. CXVIII. in litera He. Et in eodẽ Pſalmo in litera Nun, eſt vmbrã faciet, pro , & . Sic Lucæ x. eſt vexauit, irritauit, pro . Sunt autem iſta talia verba ſic mutila ſæpè ſimilia iis, quę mediam habent literam quieſcentem. Sed in præterito Kal plerumque eò differũt, quòd habeant primam vocalem; cùm illa per quartam efferantur. dicimus enim intrauit, aſperſit, paſſus eſt. At in Benoni non poſſunt diſcerni. Nam ipſa quoq. illic plerũq. aſciſcũt in medium locũ literam Olaph; more eorum quorũ media litera eſt Vau. vt intrans. patiens &c. Quamquam & abſq; Olaph per ſolam quartam vocalem in Benoni interdum formẽtur. Similiter in mandatiuo, & in futuro ſæpè ſimilia videntur illis. vt intra. & intrabo. Sed in iſtis vocalis quinta eſt breuis; apponiturq. apiculus ſupra literam Vau, in bonis libris: at in illis eſt longa; & habet Vau ſubſcriptum apiculum; vt ſuo loco diximus. Habent etiam huius formæ verba pleraque aliam ſecũdo loco vocalem quàm quintam in Futuro. Nam ab , dicimus, patiar, patietur. Atq. etiã in Infinito. vt pati, Act. IX. intrare, Act. XIV. Et in Hiphil eſt ferè ſecundo loco vocalis ſecũda, abſq. Iud. vt introduc, Luc. XIV. permiſit, Act. XVI. Aut prima, cùm hanc potius poſtulat vltima poſitionis litera. vt irritauit. confirmauit. quæ duo exempla ſunt etiam ſuprà à nobis propoſita. At in iis verbis quæ habent literam mediam quieſcentem, eſt eo loco Iud cum vocali tertia, vt in illa claſſe expoſuimus. De Piel nihil dicimus. Nam

Futurum.

ܢܬܠ

&c. ܢܬܠ . ܢܬܠ

Plurale.

&c. ܢܬܠ . ܢܬܠ

Infinitum.

Matth. xi. ܡܬܠ

CETERVM in Piel non memini me hoc verbum ſcriptũ legere. At in Hiphil ſatis frequens eſt. Verùm non mutat illic prius ſuum Olaph, in Vau; quod in ܐܬܐ fieri vidimus, ſed in Iud. Dicunt enim Syri ܐܝܬܐ adduxit, venire fecit, attulit. Et numero plurali ܐܝܬܘܗ adduxerũt, Matth. xxi. Et genere fem. ܐܝܬܝ attulerunt mulieres, Luc. xxiv. per vocalẽ tertiam vltimo loco. Finis enim prorſus eodem modo variatur ſuis vbiq. caſibus, vt de iis verbis expoſuimus, quorũ poſtremũ elementum eſt Iud, aut Olaph. Igitur Benoni eſt ܡܬܐ. & plurali numero ܡܬܝܢ. Mandatiuum ܐܝܬ adduc. & numero pluriũ ܐܝܬܘ adducite, Matth. xxi. Genere autẽ feminino ܐܝܬܝ adduc tu mulier. plurali nu. ܐܝܬܝܢ adducite feminæ. Denique Futurum, ܐܝܬ . ܢܝܬ . ܐܝܬ adducam, adduces, adducet. Plurali ܢܝܬܘ adducent, &c. Poſtremò Infinitum ܠܡܝܬ adducere. Porrò in Hithpael neſcio an hoc verbũ vſurpetur. ego certè, quod memini, nuſquã inueni. Ceterũ iſtiuſmodi verba in Piel, & in Hithpael ſimiliter prorſus variari debent, atq. ea quæ ſolam poſtremam literam habent quieſcentem. Quapropter, quòd ad eas inflexiones attinet, ſunt ad normam verbi ܕܒܚ, aut ܩܛܠ, aut ſimilium exigenda. Iam verò quæ primo loco habent Nun, vltimo autem Iud, aut Olaph, partim ad ܢܦܠ, partim ad ܦܬܚ ſunt referenda. In quibus hoc ſingulariter notandum eſt; literam Nun in ipſis haud ferè abiici, niſi in Hiphil. Nam cùm à fine mutilantur, ſi ſimul caput amitterent, nimis curta fierent. quod malum compenſatur in Hiphil, per præpoſitam eius inflexionis notã Olaph. Sed iſta cognitionem habent facilem. quare nõ exponam pluribus; ſed pergam ad alia verba, quæ aliqua ratione à perfectis differunt.

DE

Plurale.

ܡܟܬܒܝܢ plur. maſc.

ܡܟܬܒܢܝܬ plur. fem.

Paul.

ܡܟܬܒ ſing. maſc.

&c. ܡܟܬܒܬܐ ſing. fem.

Imperatiuum.

ܐܬܒ 2. ſ. m.

ܐܬܒܝ 2. ſ. fem.

Plurale.

ܐܬܒܘ 2. pl. m.

ܐܬܒܝܢ 2. pl. fem.

Futurum.

&c. ܐܟܬܒ . ܢܟܬܒ . ܢܟܬܒ 1. ſ. com. 2. 3. m.

Infinitum.

&c. ܡܟܬܒ & ܡܟܬܒܘܬܐ

RVRSVS verbum ܐܬܐ, cuius & principio & fine eſt litera Olaph; referri debet partim quidem ad verbi ܐܬܐ inflexionẽ, partim ad ܦܬܚ. Sed quia nuſquam nõ occurrit, & alioqui anorme eſt, non grauabor paucis vniuerſam eius etiam inflexionem exhibere in tabula.

Præteritum Kal.

ܐܬܐ 3. ſ. m.

ܐܬܬ 3. ſ. fem.

ܐܬܬ 2. ſ. maſ.

ܐܬܬ 2. ſ. fem.

ܐܬܝ 1. ſ. communis.

Plurale.

ܐܬܘ 3. pl. maſc.

ܐܬܝ 3. pl. fem.

ܐܬܬ 2. pl. maſc.

ܐܬܬ 2. pl. fem.

ܐܬܝ 1. plur. comm.

Benoni.

ܐܬܐ . ܐܬܐ . ܐܬܐ . ܐܬܐ f. & pl. m. & f.

Imperatiuum.

cadente præter normam prima litera poſitionis.

ܐܬ 2. ſ. maſc.

ܐܬ 2. ſ. fem.

Plurale.

ܐܬ

ܐܬ

3.plur.masc.

3.pl.fem.

Infinitum.

Et hactenus, tamquam cursim, de verbis, quæ simpliciter sunt imperfecta, dictũ esto. Nihil enim attinet ea etiam explicare, quæ apud Hebræorũ Grammaticos sunt peruagata.

De verbis multifariam imperfectis.

Quæ porrò verba plures suæ positionis literas habent instabiles, ea quo sint modo varianda suis vbiq. casibus; aut saltem cùm mutila occurrunt, quæ sit ipsorũ integra positio, facilè potest de prædictis fieri coniectura. vt, exempli caussa. verbũ parum vsitatum, pertinet capite quidem ad eorum verborum ordinem, quæ habent Iud primum elementũ. fine verò ad eorum, quæ terminantur Olaph. Itaq. fit ex eo Hiphil; qua forma plurimum vsurpatur; confessus est, Ioan. 1. mutato, in omnibus tẽporibus, & modis, Iud in Vau: vt in verbo , & vidimus. Postrema verò syllaba prorsus variatur, vt verbi . Sed subiiciam typum integrum.

Præteritum Hiphil.

3.sing. masculi.

3.f.fem.

2.sing.maſ.

2.sing.fem.

1.f.communis.

Plurale.

3.plur.masc.

3.plur.fem.

2.plur.masc.

2.plur.fem.

vel, 1. plur.com.

Benoni.

sing.masc.

sing.fem.

Plurale.

plur.masc.

plur.fem.

inflexionis sępè curtum esse, amisso prorsus vltimo positionis elemento. Dicunt enim Syri conuertere, pro , vt Psal. xc. & alibi sæpè: quod ego propter frequentem eius verbi vsum, & singularẽ affectionem declarandam sic fieri existimo. Subiiciam autem tabulam huius etiam inflexionis; ne quid lector possit desiderare.

Præteritum Hithpael.

3.f.masc.

3.f.fem.

2.f.m.

2.f.fe.

1.f.com.

Plurale.

3.pl.masc.

3.plur.fem.

2.plur.masc.

2.plur.fem.

1.pl. communis.

Benoni.

sing.masc.

sing.fem.

Plurale.

plur.masc.

plur.fem.

Imperatiuus.

2.f.masc.

2.f.fem.

Plurale.

2.plur.masc.

2.plur.fem.

Futurum.

1.f.communis.

2.f.masc.

2.f.fem.

3.f.masc.

3.f.fem.

Plurale.

1.pl.com.

2.pl.masc.

2.pl.fem.

lerunt mulieres aromata, Luc.xxiv,&c. Benoni ܡܟܗܝ multiplicans, ܡܟܝܐ cõuertens. Paul ܡܟܟ reprobatus, Pſ. xv. ܡܟܗܫ lotus, Heb. x. Imperatiuus modus ܐܗܝ multiplica, Pſal.li. ܐܘܟܐ proiice. Et interdum per vocalẽ tertiam ܐܗܝܒ multiplica. Futurum ܢܟܝ reſtituam, ܢܚܐ reſtitues: & ita in ceteris perſonis. Infinitum rurſus plerumq. habet Vau, ܟ̈ ܘܡܟܝܘܬܗ . vt ܠܡܟܗܝܡ multiplicare, &c. Cùm ergo hîc, præter primam ſyllabam; quæ vbiq. talis eſt, qualis in verbis perfectis; cetera omnia prorſus ſimilia ſint caſibus & terminationibus Piel; cuius modò formulam in tabula exhibuimus, nihil opus eſſe cenſeo ſingularem adſcribere formulam. Quare pergo ad Hithpael eorundem verborum.

De hithpael verbor. qvorvm *poſtrema litera quieſcit.*

Deniq. in Hithpael huius ordinis verborum nihil ſingulariter accidit, præter ea quæ ſunt à nobis in Kal, & Piel dicta. Nam ad harũ formarum alteram cetera pertinent, ſi ſyllabam, quæ paſſionis nota eſt, à capite detraxeris. Igitur à verbo ܒܨܐ vidit, eſt in Hithpael, ܐܬܒܨܝ cõſpecti ſunt. à ܪܫܝ reprobus fuit, eſt ܐܬܪܫܝ reprobati ſunt; manente litera lud, vt in Kal, & Piel diximus: quæ alioqui interdum abiicitur. & in genere feminino ܐܬܓܠܝ reuelatæ ſunt, Pſ. xviii. Benoni ܡܬܓܠܐ reuelatus. Imperatiuus modus ܐܬܓܠ appare tu vir, Pſal. lxxx. & altera forma quæ vocali quarta terminatur. ܐܬܪܘܚ reconciliare, Matth. v. ܐܬܪܘܚ mundare, Matth. viii. & Luc. v. Et genere feminino ܐܬܚܢܝ conuertere tu ô anima, Pſalmo cxv. Numero plurali ܐܬܙܕܘ erudimini. quod eſt à Kal formatum, Pſal. ii. & ܐܬܪܘܚܘ mundamini, à Piel. & genere feminino, ܐܬܚܒܒܝ conuertimini vos feminæ. Deniq. Futurum fit per vocalem ſecundam vltimo loco, vt in ceteris quoq. vidimus. vt ܐܬܪܘܚ mundabor. ܐܬܚܒܝ narrabo. ܢܬܚܒܝ narrabit, &c. Poſtremò Infinitum, plerumq. per proſchematiſmũ ܠܡܬܒܨܝܘܬܗ bene velle. ܠܡܬܓܠܝܘܬܗ reuelari, &c. Obſeruãdũ eſt aũt verbũ, ܐܬ, in modo Mãdatiuo huius inflexio-

Præteritum Piel.

ܒܨܐ . ܡܒܨ	3.ſ.maſ.
ܒܨܬ	3.ſ.fem.
ܒܨܬ	2.ſ. maſ.
ܒܨܬܝ	2. ſ. fem.
ܒܨܬ	1.ſ.communis.

Plurale.

ܒܨܘ . ܡܒܨܘ	3. plural. maſc.
ܒܨܝ . ܡܒܨܝ	3. pl. fem.
ܒܨܬܘ	2.pl.maſ.
ܒܨܬܝ	2.pl.fem.
ܒܨܢ vel ܒܨܝ	1.plu.com.

Benoni.

ܡܒܨܐ	ſing. maſ.
ܡܒܨܬܐ	ſing.fem.

Plurale.

ܡܒܨܝܢ . ܡܒܨܝ	plur.maſ.
ܡܒܨܬܝ	plur.fem.

Paul.

ܡܒܨܐ	ſing.maſc.
ܡܒܨܬܐ	ſing.fem.

Plurale.

ܡܒܨܝܢ	plur.maſc.
ܡܒܨܬܝ	plur.fem.

Imperatiuus.

ܒܨܐ	2.ſ.maſ.
ܒܨܝ	2.ſ.fem.

Plurale.

ܒܨܘ	2.pl.maſ.
ܒܨܝ	2.pl.fem.

Futurum.

ܐܒܨ . ܢܒܨ . ܢܒܨ &c.	1.2.3.ſ.

Infinitum.

ܡܒܨܐ . ܠܡܒܨܐ

De hiphil verb. qvæ habent *poſtremam literam quieſcentem.*

In Hiphil, ſi primam ſyllabam excipias; quæ fit prorſus vt in perfectis verbis diximus; quod reliquum eſt omnino variatur per caſus numerorum, perſonarumque, vt in Piel oſtẽdimus. vt ܐܗܝܒ multiplicauit, ܐܗܝܒܬ multiplicaſti, ܐܗܝܒܬ multiplicaũi, ܐܗܝܒܘ multiplicauerunt. ܐܬܝ reſtituerũnt. ܐܝܬܝ attu-

numeri, temporis præteriti plerumq. eſt tertia vocalis, non prima, in ſecunda ſyllaba, vt à ﬠﬣﬡ exhilarauit, eſt ﬠﬣﬡ exhilaraſti omnes, qui eum odio habent, Pſalm. LXXXIX. ﬠﬣﬡ liberaſti, Pſal. LIV. ﬠﬣﬡ ſoluiſti, Pſ. XXX. & in numero plurium ﬠﬣﬡ & ﬠﬣﬡ &c. Similiter tertia pluralis feminina ſæpè per tertiam, nō autem primam vocalē terminatur. vt ﬠﬣﬡ reuelarūt feminæ. Benoni eſt huiuſmodi, ﬠﬣﬡ cōtemplans: ﬠﬣﬡ oſtendēs. In plurali verò numero interdū eſt vocalis ſecunda vltimo loco, vt in Kal: interdū tertia. vt ﬠﬣﬡ mundantes, Matt. XXIII. & ﬠﬣﬡ tentantes, Mat. XXII. Et genus femininū, ﬠﬣﬡ contemplans mulier, ﬠﬣﬡ contemplātes, fem. Ceterùm in Paul ferè eſt Iud vltimo loco cum vocali prima, vt ﬠﬣﬡ paralyticus, diſſolutus, Act. IX. ﬠﬣﬡ tentatus, Heb. IV. ﬠﬣﬡ ἀϑῶϕ, innocens, Mat. XXVII. Alioqui in ceteris caſibus ipſo orationis ſenſu magis, quàm voce dignoſci Paul à Benoni poteſt: vt de perfectis quoq. diximus. Modus Imperatiuus habet ſecundo loco plerumq. vocalē quartā, ſeruato Olaph. vt ﬠﬣﬡ ora. ﬠﬣﬡ redime. ﬠﬣﬡ muta. ﬠﬣﬡ oſtēde, Ioan. VII. Et abiecto Olaph, propter aſcita ad finē pronomina, ﬠﬣﬡ oſtende mihi. ﬠﬣﬡ eſto nobis propitius. ﬠﬣﬡ redime nos. In reliquis porrò caſibus planè imitatur formam Kal. vt ﬠﬣﬡ oſtende tu femina. ﬠﬣﬡ oſtēdite viri. ﬠﬣﬡ redimite viri. ﬠﬣﬡ redimite feminæ &c. Eſt etiā vbi, modo verborū perfectorū, habetur vocalis ſecunda loco ſecūdo. vt ﬠﬣﬡ oſtēde, Pſal. LXXX. & Luc. V. In Futuris autem ſe habet vltima ſyllaba vt in Kal. veluti ﬠﬣﬡ oſtendam, ﬠﬣﬡ redimam, &c. manēte Olaph, quod in vocali ſecunda quieſcit. Eſt tamen ad Titum capite II. poſitum Nun, pro Olaph; niſi mendum eſt. Scribitur enim illic ﬠﬣﬡ vt purgaret ſibi populum. Denique modus Infinitus plerumq. hîc fit per proſchematiſmum, adiecta litera Vau ad finem, mutatoque Olaph in Iud. vt ﬠﬣﬡ ad purgandum. & cum affixo aſcito Tau ﬠﬣﬡ mundare me, Matth. VIII. & Marci I. Sed ponam ante oculos formulam.

Benoni.

Paul.

Imperatiuus

Futurum.

Infinitum.

Imperatiuus.

ﬠﬣﬡ 2. ſing. maſc.

ﬠﬣﬡ 2. f. fem.

Plurale.

ﬠﬣﬡ 2. pl. maſ.

ﬠﬣﬡ 2. pl. fem.

Futurum.

ﬠﬣﬡ 1. f. communis.

ﬠﬣﬡ 2. f. maſc.

ﬠﬣﬡ 2. f. fem.

ﬠﬣﬡ 3. f. maſ.

ﬠﬣﬡ vel, ﬠﬣﬡ 3. f. fem.

Plurale.

ﬠﬣﬡ 1. pl. com.

ﬠﬣﬡ 2. plur. maſc.

ﬠﬣﬡ 2. plur. fem.

ﬠﬣﬡ 3. pl. maſ.

ﬠﬣﬡ 3. plur. fem.

Infinitum.

ﬠﬣﬡ

SED enim monendus mihi iterum lector eſt: Omnia Participia, cuiuſuis ordinis verborum, nō ſolùm ſic inflecti poſſe, vt ego in iſtis tabulis propoſui; ſed etiam ſimiliter per diuerſas perſonas variari, atq. in prima tabula, in Participio verbi ﬠﬣﬡ oſtendimus. Dicunt enim Syri ﬠﬣﬡ illa legens. & ﬠﬣﬡ. Item ﬠﬣﬡ tu legens, ſiue legis, & ﬠﬣﬡ. Et in genere feminino ﬠﬣﬡ tu femina legis, & ﬠﬣﬡ. Rurſus numero pluriū dicunt, ﬠﬣﬡ vos viri legitis; & ﬠﬣﬡ. Similiter genere feminino ﬠﬣﬡ vos feminæ legitis, & ﬠﬣﬡ. Deniq. perſonam primā pluralem non ſolùm formant ad hunc modū, ﬠﬣﬡ nos legimus: ſed etiam ﬠﬣﬡ.

DE PIEL VERBORVM, QVORVM *poſtrema litera quieſcit.*

PORRÒ in Piel habet iſtorum verborum prima litera; ſicut & perfectorum; vbiq. vocalem primam. ceteroqui inſequentes ſyllabæ ſic ferè variantur per diuerſas perſonas, & numeros, vt in Kal: niſi quòd hîc in ſecūdis perſonis vtriuſq.

Præterea

D

mum elementũ eſt Olaph. Nam hoc verbum etiam hîc aſciſcit interdũ Olaph, vt ܢܚܝܐ viuemus. &, ܬܚܝ viuet filia mea, Matth. 1 x. In quo exemplo non acceſſit Iud, per paragogen ad finem, in tertia perſona ſingulari, generis fem. quod vt in aliis verbis interdum fieri ſuprà monuimus, ita in hoc ordine frequẽter fieri obſeruaſſe videor. Deniq. modus infinitus ſæpè habet formam verborum perfectorum. Eſtq. Olaph in fine, etiam in iis quę alioqui Iud terminãtur. vt ܩܪܝܐ vocare. ܟܣܝܐ caſtigare. ܚܙܝܐ videre. ܚܛܝܐ peccare. Sed cùm aſciſcitur Vau ad finem per paragogen; aut cùm annectuntur affixa pronomina, tum mutatur Olaph in Iud. vt ܠܡܒܥܝܗ quærere eum, Matth. 11. Sed ſubiiciam formulam vniuerſæ inflexionis Kal, verborum, quæ habent vltimam literam quieſcentem.

Præteritum Kal.

ܩܪܐ. ܩܪܘ. ܩܪܝ.	3.ſ.maſc.
ܩܪܬ vel, ܩܪܬܐ. ܩܪܝܢ.	3.ſ.fem.
ܩܪܬ. ܩܪܬܘ. ܩܪܝܬ.	2.ſ.m.
ܩܪܬ	2.ſ.fem.
ܩܪܝܬ. ܩܪܝܢܢ ܩܪܝ.	1.ſ.communis.

Plurale.

ܩܪܘ. ܩܪܝ.	3.plur. maſc.
ܩܪܝ	3.pl.fem.
ܩܪܬܘ. ܩܪܬܘܢ.	2.pl.m.
ܩܪܬܝ. ܩܪܬܝܢ.	2.pl.fem.
ܩܪܝ &, ܩܪܝܢ. ܩܪܝܢܢ.	1. pl. communis.

Benoni.

ܩܛܠ. ܩܛܠܐ.	ſ. maſ.
ܩܛܠܐ. ܩܛܠܬܐ.	ſ. fem.

Plurale.

ܩܛܠܝܢ. ܩܛܠܐ.	pl.m.
ܩܛܠܬܝܢ. ܩܛܠܬܐ.	pl.fem.

Paul.

ܩܛܠ. ܩܛܠܐ ܗܘܐ.	ſ. maſ.
ܩܛܠܐ. ܩܛܠܐ.	ſ. fem.

Plurale.

ܩܛܠܝܢ. ܩܛܠܐ. ܗܘܝܢ.	pl. maſ.
ܩܛܠܬܝܢ. ܩܛܠܬܐ. ܗܘܝܬ.	pl.fem.

Impera-

hîc ferè mutant illam in Olaph. Verùm numero plurali maſculino rurſus abiicitur hoc poſtremum elemẽtum: finiturq. iſte numerus per vocalem ſecundam ante Nun; cùm in aliis illic ſoleat eſſe vocalis tertia. Dicimus enim ܩܛܠܝܢ vocantes viri. ܚܙܝܢ videntes viri. At in genere feminino eſt rurſus Iud pro tertia poſitionis litera. vt ܩܛܠܢ vocãs mulier. & numero pluriũ, ܩܛܠܢ vocãtes mulieres. Porrò Paul, hoc Paul. eſt, ſecundum participium, quod paſſionis facit ſignificationem, fit per vocalem ſecundam in ſecunda ſyllaba, in genere maſc. prior verò ſyllaba raptim abſq. vocali adſcripta pronũciatur. vt ܫܕܝ proiectus; Act. 1x. Et Marci 11. ܒܚܝܪ electus. Pſal. x1x. ܙܟܝ mundus. Matt. xxv111. In plurali autem numero, vt & in genere feminino; habet interdum prima ſyllaba vocalem primam, ſecunda verò ſecundã ſicut Benoni. vt ܒܚܝܪܝ electi. ܙܟܝܐ pura, munda. ܒܚܝܪܬܐ electa. Sępè tamen nulla eſt vocalis ſub prima litera, præſertim in numero plurali generis maſculini. Fit autem hoc participium quãdoq. more perfectorum verborum. vt ܣܢܝ odio habiti. Luc. xx1. In modo autem Mandatiuo genus maſculinum ſingulare fit plerumq. per Iud in fine cum vocali tertia. vt ܩܪܝ voca. ܒܪܝ crea: plurale verò ſimile eſt tertiæ perſonæ pluralis numeri in præterito. vt ܩܪܘ vocate. ܒܪܘ ſoluite. Et hîc rurſus cum aſcitis pronominibus apparet Olaph: vt ܚܙܘܗܝ videte eũ. Heb. 111. At femininum genus fit per vocalem quartam. vt ܩܪܝ voca tu femina. ܚܙܝ vide tu mulier. In plurali verò, per eandem, addita inſuper conſueta ſyllaba, ܝ vt ܫܒܘ gaude tu mulier, ܫܒܘܝ gaudete vos mulieres, Luc. xv. ܚܙܝܝ videte vos mulieres, Mat. xxv111. Iam verò à Mandatiuo fit futurum, aſcitis literis ܐ, quę ſuo more hîc habent vocalem ſecundam. vt ܐܩܪܐ vocabo, ܬܚܙܐ videbis. Secundo quoq. loco ſimiliter eſt vocalis ſecunda. Nam quorum alioqui tertia poſitionis litera eſt Iud, hîc pro ea ſolent Olaph habere. At verbum, ܚܝܐ vixit, anorme eſt, vt pòſt exponemus. Eius enim futuri ſeruiles literæ efferuntur per tertiam vocalẽ, ſimiliter atq. fit in iis verbis, quorũ pri-

Imperatiuus

oth; non rarò tamen ſeruato Iud, ſyllaba ath, vt in perfectis verbis fieri ſolet. Dicunt enim Syri ﻟﺒﺪ voluit femina. à verbo ﻟﺒﺪ: Et ﺣﺰﺗ vidit femina. à verbo ﺣﺰﺍ. & ﺟﻤﻠﺖ, diſplicuit, frequens verbum, à ﺟﻤﻞ. & ſimiliter in aliis multis. Amittunt etiam in tertia perſona numeri pluralis, tam maſculina, quàm feminina: habentq. in maſculina quidem ante Vau; in feminina verò, ante Iud; quæ illius numeri notæ ſunt; vocalem primam in Kal. vt ﻗﺒﻠﻮ voluerunt viri, ﻗﺒﻠﻲ voluerũt feminæ. Si tamen aſciſcũtur pronomina, recipiunt Olaph; & interdum aſciſcunt etiam inſuper literam Vau: vt ﺑﻘﺸﻮﻫﻮ quæſiuerunt eam. Pſalm. LIII. ﺣﺰﻭﻧﻲ viderunt me. Pſal. XXII. ﺣﺰﻭﻫﻮ viderunt eum. Hebr. XI. Quamquam ſunt etiam multa, quæ hanc perſonam maſculinam faciant per Iud cum vocali tertia ante Vau. vt à verbo ﺳﻐﻲ multus fuit, eſt ﺳﻐﻮ multiplicati fuerũt. Pſal. III. & XXV. Similiter à verbo ﻧﺴﻲ tentauit, eſt ﻧﺴﻮ tentauerũt. & ita in aliis multis. In ceteris aũt omnibus caſibus habẽt Iud loco tertij elementi. quod in prima perſona ſingulari ſemper habet ante ſe vocalẽ tertiam, vt ﻗﺒﻠﺖ volui. ﻗﺒﻞ legi. ﺣﺰﻳﺖ vidi, &c. In ſecundis verò perſonis vtriuſque numeri, plurimum habet ante ſe vocalem primam. vt ﻗﺒﻠﺖ voluiſti. ﻗﺒﻠﺘﻮﻥ voluiſtis. ﻫﻨﺒﻠﺖ habitaſti. ﻫﻨﺒﻠﺘﻮﻥ habitaſtis, &c. Eſt tamen etiam hîc aliquãdo vocalis tertia: ſed id ſæpius in Piel, & Hiphil fit; niſi fallor; quàm in Kal. vt ﺻﺒﻴﺖ liberaſti. ﻫﻨﺒﻴﺖ ſoluiſti. Quo caſu diſtinguitur hæc perſona à prima, per punctum Kuſoi; quod in bonis libris occupat verticem literæ Tau: efficitq. eius in pronũciatione vocẽ, quaſi ſubſcriptũ ſit ſcheua Hebræorum. Nam in prima perſona Tau perpetuò lene eſt; habetque ruchoch; vt alibi diximus: niſi ſi affixa pronomina punctorum rationem mutent. Porrò in prima perſona numeri pluralis ſæpè habet primã vocalem ante Iud. vt ﻧﻮﺩﻲ nauigauimus, Act. XXVII. ﺣﺰﻳﻨﻲ vidimus. Luc. v. Ioã. I. &c. Porrò Benoni fit more modoq. verborum perfectorum. vt ﻗﺒﻞ vocans. & ﺣﺰﺍ vidẽs, &c. Et quorũ alioqui extrema poſitionis litera eſt Iud, ea hîc

Benoni.

Imperatiuus.

ﻗﺒﻠﻲ	2. ſing. maſc.
ﻗﺒﻠﻲ	2. ſing. fem.

Plurale.

ﻗﺒﻠﻮ	2. plur. maſc.
ﻗﺒﻠﻲ vel, ﻗﺒﻠﻲ	2. pl. fem.

Futurum.

ﻧﻘﺒﻞ	1. ſ. communis.
ﻳﻘﺒﻞ vel, ﻳﻘﺒﻞ	2. ſ. maſ.
ﻳﻘﺒﻠﻲ vel, ﻳﻘﺒﻠﻲ	2. ſ. fem.
ﻳﻘﺒﻞ	3. ſ. maſ.
ﻳﻘﺒﻞ vel, ﻳﻘﺒﻞ	3. ſ. fem.

Plurale.

ﻧﻘﺒﻞ	1. pl. communis.
ﻳﻘﺒﻠﻲ vel, ﻳﻘﺒﻠﻲ	2. pl. m.
ﻳﻘﺒﻠﻲ vel, ﻳﻘﺒﻠﻲ	2. pl. fem.
ﻳﻘﺒﻠﻲ	3. pl. m.
ﻳﻘﺒﻠﻲ	3. pl. fem.

Infinitum.

ﻗﺒﻞ

ﻟﻘﺒﻞ

ﻣﻘﺒﻞ

DE VERBIS, QVORVM POSTREMUM *elementum quieſcit.*

IAM venimus ordine ad ea verba, quorum finis varius eſt. hoc eſt, quæ literam Olaph, aut Iud vltimo loco habent. Nam quæ apud Syros litera He terminãtur, ea ad perfectorum ordinem pertinẽt. vt ex verbo ﺣﺰﺍ, hoc eſt, æger fuit; conſtat, Pſal. XXXI. LXIV. LXVIII. & aliis locis. Sunt autem huius ordinis verba apud Syros maximo numero. quo diligentius eorum variatio eſt obſeruanda. Igitur hoc primum de ipſis vniuersè dicimus, ſæpè Olaph & Iud inter ſe commutari. Et cùm Olaph vltimo loco habent, tum in ſimplici poſitione audiri plerumq. vocalem quartam in ſecunda ſyllaba; at cum Iud, tertiam. vt ﻫﻨﺒﻞ habitauit. ﺟﻨﺒﻞ reſpondit. ﺟﻮﻩ gauiſus eſt. ﺣﺰﻳﺖ vidit. Porrò vtraq. amittunt ſæpè tertium poſitionis ſuæ elementum, in tertia perſona feminina numeri ſingul. præteriti temporis formanda; terminaturq. ea ſyllaba

positam. vt ܐܬܪܡܡ exaltatus sum. Psal. XLVI. ܢܬܪܡܡܘ iudicabuntur, Ps.VI. At enim vt in Piel, sic in hac quoq. forma interdum inflectuntur verba more Perfectorum; mutato Vau in Iud consonantē. Neq. cùm id fit, geminatur Tau. exemplū extat Matth.VII. in ܬܬܪܡܡܘ iudicabimini. Et Psalm. XXXIII. in ܡܬܚܟܡ intelligens, à verbo huius ordinis, ܚܟܡ. Sed & in futuro, eæ personæ quæ præpositā seruili litera Tau formātur, vnicum Tau ferè solent asciscere; quod impositō Kusoi pronunciationem geminam habeat: ne videlicet vna litera ter continuò scribēda sit; vt Rom. XI. ܬܬܪܡܡ ne te ipse efferas. & Matth.v. ܬܬܪܡܣ conculcabitur sal insipidū, scilicet. A verbo tamen ܡܣܣ malus fuit, inuenitur Hithpael, ܐܬܐܡܣ malo affectus est, Matth. XXI. vbi loco alterius Tau, mansit Olaph ex forma Hiphil, vnde hoc Hithpael formatur. Et rursus Mat.XXVI. ܐܬܐܡܣ, posito Olaph post Beth, vt in Hiphil dicebamus. verùm hoc posteriore loco existimo literam Tau esse pūcto Kusoi impositō geminādā. verū ista anormia sunt, & singulariter obseruāda. Sed adiūgā etiā huiꝰ inflexionis formulā.

FORMVLA HITHPAEL VERB.
quiescentium in medio.

Præteritum.

ܐܬܪܡܡ	3.singul. mas.
ܐܬܪܡܡܬ	3.s.fem.
ܐܬܪܡܡܬ	2.s.masc.
ܐܬܪܡܡܬ	2.s.fem.
ܐܬܪܡܡܐ	1.s.com.

Plurale.

ܐܬܪܡܡܘ	3.plur.masc.
ܐܬܪܡܡܢ	3.pl.fem.
ܐܬܪܡܡܬܘ	2.pl.masc.
ܐܬܪܡܡܬܝ	2.pl.fem.
ܐܬܪܡܡ vel, ܐܬܪܡܡܢ	1.plur.commun.

Benoni.

ܡܬܪܡܡ	sing.masc.
ܡܬܪܡܡܬ	sing.fem.

Plurale.

ܡܬܪܡܡܝܢ	pl.mas.
ܡܬܪܡܡܬ	pl.fem.

Impera-

Plurale.

ܡܬܪܡܡܝܢ	plur.masc.
ܡܬܪܡܡܬ	plur.fem.

Paul.

ܡܬܪܡܡ vel. ܡܬܪܡܡ	sing. mas.
ܡܬܪܡܡ vel. ܡܬܪܡܡ	sing.fem.

Plurale.

ܡܬܪܡܡܝܢ vel. ܡܬܪܡܡܝܢ	pl.m.
ܡܬܪܡܡ vel. ܡܬܪܡܡ	pl.fem.

Imperatiuus.

ܐܬܪܡܡ	2.s.mas.
ܐܬܪܡܡ	2.s.fem.

Plurale.

ܐܬܪܡܡ vel, ܐܬܪܡܡ	2.plur.mas.
ܐܬܪܡܡ vel, ܐܬܪܡܡ	2.plur.fem.

Futurum.

ܐܬܪܡܡ	1.s.communis.
ܬܬܪܡܡ	2.s.masc.
ܬܬܪܡܡ	2.s.fem.
ܢܬܪܡܡ	3.s.masc.
ܬܬܪܡܡ	3.s.fem.

Plurale.

ܢܬܪܡܡ	1.pl.com.
ܬܬܪܡܡ	2.pl.masc.
ܬܬܪܡܡ	2.pl.fem.
ܢܬܪܡܡ	3.plu.masc.
ܢܬܪܡܡ	3.plur.fem.

Infinitum.

ܡܬܪܡܡ

ܗܬܪܡܡܘ

DE HITHPAEL VERBORVM, QVÆ *habent mediam literam quiescentem.*

IN Hithpael autem hoc proprium est huius ordinis verborum, quòd litera seruilis Tau, quæ à capite ascita insigne est huius inflexionis, geminatur. ceterùm quòd ad positionis literas attinet, eæ similiter se habēt atq. in Hiphil. Est enim Iud in medio, cum tertiū vocali longa. Nam vt in superiore ordine dixi, formāt etiam ista verba suum Hithpael; prēter aliorum morem; ab Hiphil. Debet autem posterius Tau ita legi, quasi scheua Hebræorū habeat. Et in bonis libris vbiq. habet duritatis notam, hoc est, Kusoi, in vertice ap-

quamquã id ſæpius faciunt in eo ordine verborũ, q̃ poſteriores duas literas habẽt geminas. Sed de quadratis pòſt dicemus.

De hiphil verb. qvorvm *litera media quieſcit.*

Porrò in Hiphil fit ex media litera Vau, Iud. Et literæ quæ à principio aſciſcuntur, more eius formæ, habẽt primã vocalẽ. vt à verbo עמר altus fuit, eſt Hiphil אַעְמַר, Pſ. cxvii. Benoni מַעְמַר exaltans. Paul aliquãdo eſt ſimile Benoni; aliquãdo verò habet ſecundo loco vocalem quartã, abſq. litera Iud. vt מַדְבַּר aſſuetus. à verbo inuſitato דבר Luc. i. & ii. Imperatiuus & Futurũ, אַדְבַּר exalta, aut exaltabo. Sunt tamẽ pauca quędã, quæ hîc Vau mutãt non in Iud, ſed in Olaph quieſcens in vocali ſecunda. Nam à טב bonus fuit, eſt Benoni מֵטִיב benefaciens, beans, Pſ. xviii. in litera Teth. et futurũ יֵטִיב beabit, Pſ. xlii. Atq. ſimiliter à חמם malum eſſe, eſt Benoni, מֵחֲמִם malo afficiens, Pſ. xli. & præteritum אַחֲמַם malo affeciſti, Pſal. xliv. Interdũ etiam omiſſo Olaph manet vocalis ſecunda, vt אֵטַב benefac Dñe, Pſal. li. ſed ea terminatio eſt propria verborũ, quæ duas poſteriores literas habẽt geminas, cùm hîc alteram abiiciunt; vt ſuo loco dicemus. Infinitiuus quoque modus, ſuo more, amat vocalem quartam ſecundo loco. Sed proponam etiam huius inflexionis formulam.

Præteritum.

אַעְמַר	3.ſ.m.
אַעְמְרַת	3.ſ.fem.
אַעְמַרְתָּ	2.ſ.m.
אַעְמַרְתְּ	2.ſ.fem.
אַעְמַרְתִּי	1.ſ.communis.

Plurale.

אַעְמְרוּ	3.pl.maſc.
אַעְמַרְנָה vel אַעְמְרָן	3.pl.fem.
אַעְמַרְתּוּן	2.pl.m.
אַעְמַרְתֶּן	2.pl.fem.
אַעְמַרְנָא vel, אַעְמְרָנָא	1.pl. communis.

Benoni.

מַעְמַר	ſing.maſc.
מַעְמְרָא	ſing.fem.

Plurale.

מַעְמְרִין & מַעְמְרֵי. מַעְמְרַיָּא	2. pl. m.
מַעְמְרָן &, מַעְמְרֵי. מַעְמְרַיָּא	2. pl. fc.

Futurum.

אֶעְמַר. אֶעְבַּד. אֶעְמְרָא	1.ſ.com.
יַעְמַר. יַעְבַּד. יַעְמְרָא	2.ſ.m.
יַעְמְרִי. יַעְבְּדִי. יַעְמְרָאִי	2.ſ.f.
יַעְמַר. יַעְבַּד. יַעְמְרָא	3.ſ.m.
יַעְמְרָא. יַעְבְּדָא. יַעְמְרָא	3.ſ. fem.

Plurale.

נַעְמַר. נַעְבַּד. נַעְמְרָא	1.pl.c.
יַעְמְרוּן. יַעְבְּדוּן. יַעְמְרָאִין	2.pl.m.
יַעְמַרְנָה. יַעְבַּדְנָה. יַעְמְרָאָן	2.pl.f.
יַעְמְרוּן. יַעְבְּדוּן. יַעְמְרָאִין	3.pl.m.
יַעְמַרְנָה. יַעְבַּדְנָה. יַעְמְרָאָן	3.pl.f.

Infinitum.

מַעְמַר

כְּעַמְרָא

כְּעַמְרָה

De piel verb. qvorvm media qviescit.

Si quando autem huius claſſis verba accommodanda ſunt ad formam ſecundæ inflexionis; tum mutata media litera in Iud conſonantem, variantur ſuis caſibus planè ſicut perfecta. vt à מָדַח riſit, eſt futurum Piel, יְמַדַּח deridebit, Pſal. ii. & Benoni, מְמַדְּחִי irridentes, Act. ii. Similiter à טב bonus fuit. Eſt in Piel Mandatiuum טַבַּח parate, Matt. iii. Et Benoni, מְטַבַּח præparans. & Paul מְטֻבָּח præparatus. Deniq. à רום, altus fuit, fit Paul, מְרַמְמָא, pro, מְרוֹמֵם exaltatus, Pſal. xlvii. Videtur quidem interdum in hoc ſecundo participio, ſiue Paul litera media quieſcere: idq. aliquãdo in quarta vocali, vt מְדָהֲמִנָא perſuaſi ſumus, Luc. i. à verbo דהם & מְדַבְּרוּ, aſſuetus, Marc. x. & xv. ac alibi ſæpè. aliquãdo verò in tertia vocali, vt מְלַעֲבֵי loti. Petri iii. in extremo. Sed credibilius eſt iſta ad Hiphil pertinere, & ſeruilem literam Mim cum vocali prima eſſe ſcribendam. At enim fiunt apud Syros ex huiuſce generis verbis in Piel nonnumquã verba, quę vocãtur quadrata; repetitis literis primis, & vltimis, quale eſt מְזַמְזֵם, à זמם.

dem mediam literam Vau: sed ea neque occultatur,neq. silet.ac proinde non pertinent ad hanc classem. Sed habent se legibus perfectorum verb. vt ܫܦܺ cãdidus fuit. vnde est futurum, ܢܫܦ ero candidus,Psal. LI. & ܫܘ gaudere,gestire,exsultare, verbũ in Psalmis vsitatissimũ. à quo est ܫܘܝ exsultauit gloria mea. Sic enim legunt Syri Act. II. vbi in Græcis & Latinis scriptum est, Exsultauit lingua mea. Et futurum, ܢܫܘ exsultabo, Psal. IX. & ܫܚ saltauit. à quo est futurum ܢܫܚ trãsiliam, Psal. XVIII. Sed non possum annumerare omnia; sunt enim nimis multa. Adiungam ergo formulam huius ordinis, in coniugatione Kal.

FORMVLA KAL VERBORVM
quiescentium in medio.

Præteritum.

ܩܡ . ܩܝܡ	3.s.m.
ܩܡܬ . ܩܝܡܬ	3.s.fem.
ܩܡܬ . ܩܝܡܬ	2.s.m.
ܩܡܬ . ܩܝܡܬ	2.s.fem.
ܩܡܢ . ܩܝܡܢ	1.s.com.

Plurale.

ܩܡܘ . ܩܝܡܘ	3.pl.m.
ܩܡܢ vel, ܩܡ . ܩܝܡܢ vel, ܩܝܡ	3.pl.fc.
ܩܡܬܘܢ . ܩܝܡܬܘܢ	2.pl.m.
ܩܡܬܝܢ . ܩܝܡܬܝܢ	2.pl.fc.
ܩܡܢ vel, ܩܡ . ܩܝܡ vel, ܩܝܡܢ	1.pl.c.

Benoni.

ܩܳܡ . ܩܳܡ . ܩܳܡ	s.m.
ܩܳܡܬ . ܩܳܡ . ܩܳܡܬ	s.fem.

Plurale.

ܩܳܡܝܢ . ܩܳܡ . ܩܳܡܝܢ	pl. masc.
ܩܳܡܳܬ . ܩܳܡ . ܩܳܡܳܬ	pl.fem.

Paul.

ܩܝܡ . ܩܝܡ . ܩܝܡ . ܩܝܡ	s.mas.
ܩܝܡܬ . ܩܝܡ . ܩܝܡ	s.fem.

Plurale.

ܩܝܡܝܢ . ܩܝܡܝܢ	plur.m.
ܩܝܡܳܬ . ܩܝܡܳܬ	pl.fem.

Imperatiuus.

ܩܘܡ . ܩܘ . ܩܝܡ . ܩܝܡ	2.s.m.
ܩܘܡܝ . ܩܘܝ . ܩܝܡܝ . ܩܝܡ	2.s.fem.

Plurale.

posteriores thematis sui literas habent geminas, sæpè altera omissa vsurpantur. In his enim non quarta, sed prima plerumq. vocalis est, vt ܦܫ passus est. ܦܘܫ aspersit. ܥܠ intrauit, &c. Sed de his pòst dicemus. Ad illorum ordinem pertinent etiam ea, quæ habent medio loco literam Iud, silentẽ cũ tertia vocali, quale est verbum ܡܝܬ mortuus est; & si qua sunt ei similia. Hoc enim demum in futuro per Vau in medio effertur, in aliis autẽ modis & temporibus per Iud; excepto Benoni. Solet autem in istius ordinis verbis litera media Vau nõ apparere in toto præterito: atq. in Benoni singulari mas.plerũq. mutari in Olaph, in ceteris verò casibus in Iud: vt & in Paul quoq. Dicimus enim in Benoni ܩܳܡ stans; ܩܳܥ manens; ܫܳܡ ponens; ܕܳܢ iudicans; ܡܳܬ moriens,Ro. XIV. Et nonnumquã more perfectorum verborũ, ܩܳܡ stans. In numero verò plurali ܩܳܡܝܢ stantes. & genere feminino, ܩܳܡܳܬ stans mulier. ܩܳܡܳܬ stantes mulieres. Efficitur autem etiam alia forma Benoni istorũ verborũ, mutato Vau in Iud consonantem, positaq. vocali prima, loco primo, & quarta secundo loco, vt ܩܳܡ stans; ܫܳܕ debens, à verbo ܫܕ Heb. I. & per vocalẽ tertiam secundo loco in iis verbis, quæ, vt dixi, per Iud vsurpantur. vt ܡܝܬ mortuus; Heb. XI. Sed ista mihi nomina potius, quàm participia esse vidẽtur. Porrò in modo Mandatiuo, Vau apparet quidẽ, sed silet: habetq. vocalẽ quintã supra se, longam, vt ܩܘܡ surge; ܩܘܡܘ surgite, &c. Futurũ verò ab Imperatiuo formatur per præpositas literas, ܐ, quæ literæ hîc plerumq. habẽt vocalem secundam. vt ܐܙܘܥ mouebor, Psal. X. Sed verbũ ܫܡ, solet ferè in Mandatiuo & Futuro, pro Vau habere Iud, cũ tertia vocali lõga. vt ܫܝܡܘ ponite corda vestra, Ps. XLVIII. ܐܫܝܡ ponam oculos meos super te, Psal. XXXII. & Psal. LXXXIX. &c. In modo Infinito rursus occultatur Vau: & litera seruilis Mim plerumq. habet vocalem secundam: quando tamen ei præponitur Lomad, tũ ferè caret vocali. vt ܠܡܩܘܡ stare, ܠܡܩܘܡ ad standũ, Psal. XVIII. ܠܡܕܢ ad iudicandũ, Psal. LXVI. At enim multa sunt apud Syros verba, quæ habẽt qui-

2.ſ.m.
2.ſ.fem.
3.ſ.maſ.
3.ſ.fem.

Plurale.

1.plur.comm.
2.pl.maſ.
2.pl.fem.
3.pl.maſ.
3.pl.fem.

Infinitum.

&c.

De Hithpael verb. quæ olaph *aut Iud habent primam literam.*

Formvla Hithpael, in huiuſce ordinis verbis, cùm à Kal, aut Piel fit, planè perfectorum verborũ more variatur. at quando ab Hiphil (nam inde & iſta, & quæ in proximo ordine ſequentur verba, ſuum Hithpael aliquando ducunt) Igitur quando ab Hiphil, hoc eſt, cùm prima poſitionis litera mutatur in Vau conſonantem, tum verò præter Tau ſyllabæ, , alterũ inſuper Tau aſſumit ante Vau. Neq. enim alioqui huius literæ vlla vox eſſet. vt à verbo , fit Hiphil . Et ab eo Hithpael, additus eſt, Galat. iii. Quod in Benoni dicitur , Marci i v. & numero plurium , Act. v. In futuro Heb. xii. Et hactenus de verbis, quorũ capita interdum mutilantur. Iam verò pergemus ad cetera imperfectorũ genera.

Nota.

De verbis, qvorvm media litera qviescit.

Proxima ſunt ea verba, quæ in medio ſunt manca. Sunt autem ea, quorum media poſitionis litera eſt Vau, quę nunc latet prorſus; nunc ſilet, ſiue quieſcit; vt Grammatici loquuntur. Interdum etiam in aliam literam commutatur. Qualia ſunt ſtetit, iudicauit, pernoctauit, poſuit. Habentq. iſta vocalem quartam in ſimplici poſitione, qua diſcerni poſſunt ab iis, quæ cùm duas

aluit. Et Benoni . Modus infinitus perdere, Pſalm. x. Et cum affixo pronomine , perdere nos, Marc. i. Sic verbum ſedit; quod in Kal non aliter abiiciebat ſuum Iud, atque illa ſuum Nun, quæ hoc primo loco habent; facit Hiphil collocauit, Pſal. xlii. Et Benoni, collocans, Pſal. cxiii. Futurum, collocabit. ibidem. Sed enim hac lege non tenetur verbum, didicit. abiicit enim prorſus ſuũ Iud in hac inflexione. Facit enim Hiphil docuit, à quo eſt Benoni, docens. Et futurum docebit. Imperatiuus, doce, Pſ. cxlii. Iam verò adiungam ipſam formulam, per verbum comedit.

Præteritum.

3.ſ.maſ.
3.ſ.fem.
2.ſ.maſ.
2.ſ.fem.
1.ſ.communis.

Plurale.

3. plural. maſc.
vel, 3. pl. fem.
2.pl.maſ.
2.pl.fem.
vel, 1.plu.com.

Benoni.

ſing. maſ.
ſing.fem.

Plurale.

plur.maſ.
plur.fem.

Paul.

in ceteris vt Benoni. ſing. maſ.

Imperatiuus.

2.ſ.maſ.
2.ſ.fem.

Plurale.

vel, 2. pl. maſc.
vel, 2. pl. fem.

Futurum.

1.ſ.com.

EXEMPLVM INFLECTENDI VERbum ܥܓ *ſolicitus fuit, & ſimilia, quorũ prima litera eſt Olaph, aut Iud quieſcens; in futuro & in modo infinito.*

Futurum ſingulare.

ܐܶܥܓ . ܐܶܥܓܺ . ܐܶܥܓ 1. ſ.com.

& ita in aliis. ܬܶܥܓ vel, ܬܶܥܓܺ 2. ſ. maſ.

ܬܶܥܓܺܝ . ܬܶܥܓ 2. ſ. fem.

ܢܶܥܓ . ܢܶܥܓ . ܢܶܥܓ 3. ſ. maſc.

ܬܶܥܓ . ܬܶܥܓ . ܬܶܥܓ 3. ſ. fem.

Futurum plurale.

ܢܶܥܓ . ܢܶܥܓ . ܢܶܥܓ . ܢܶܥܓ . ܢܶܥܓ 1. pl. c.

ܬܶܥܓ . ܬܶܥܓ . ܬܶܥܓ 2. p. m.

ܬܶܥܓ 2. p. fem.

ܢܶܥܓ . ܢܶܥܓ . ܢܶܥܓ 3. plu. m.

ܢܶܥܓ 3. p. fem.

Modus infinitus.

ܡܶܥܓ . ܡܶܥܓ . ܡܶܥܓ . ܡܶܥܓ

&c. ܠܡܶܥܓ . ܠܡܶܥܓ

Ceterùm Pręteritũ, Participia, Mandatiuus deniq. modus, qualia ſint, aut quomodo formentur, nihil opus eſt adſcripta formula ob oculos ponere: cùm à perfectorum verborum inflexione nihil differant. Obſeruandum tamen eſt, in huius claſſis verbis plerumq. vocalem tertiam, aut ſecundam primo loco audiri. Dicimus enim, ܐܡܰܪ dixit, ܝܬܰܒ ſedit, ܐܬܳܐ venit. At ܢܰܬ dedit, habet primam vocalem. Et hactenus de huius ordinis prima inflexione.

DE PIEL VERB. QVORVM PRIMA *litera eſt Olaph, aut Iud.*

PORRÒ in Piel vix fit, vt in iſtis verbis, præter perfectorũ normam aliquis caſus accidat, vnde non facilè poſſint agnoſci. quare hanc inflexionem nullo ſpeciatim exemplo perſequi eſt neceſſe.

DE HIPHIL.

AT in Hiphil, ſiue primum elementum eſt Olaph, ſiue Iud; etiam in iis verbis, quæ nuper dicebamus in Kal imitari prorſus ea, quorum prima litera eſt Nun; mutatur in omnibus & modis, & temporibus, in Vau conſonantem. vt à verbo ܐܰܒ periit, fit Hiphil ܐܳܒܶܕ perdidit. Ab ܐܟܰܠ comedit, fit ܐܳܟܶܠ pauit, cibũ dedit, aluit. ſuam Syri linguam acceperunt; in huiuſcemodi verbis literam Nun interdũ loco Iud vſurpant. Dicunt enim illi, ܐܺܝܕܰܥ cognoſcam: ܬܺܝܕܰܥ cognoſces, &c. pro ܐܰܪܺܥ, & ܬܰܪܥ, à verbo ܝܕܥ. Igitur Syri in hiſce talibus verbis, cùm Iud reiiciunt, ſi ſecunda poſitionis capax eſt puncti Kuſoi, hoc illi apponunt. Dicunt enim à verbo ܝܬܰܒ ſedit, in modo mandatiuo ܫܶܒ ſede. In futuro ܐܶܬܺܒ ſedebo, ܬܶܬܺܒ ſedebis, ܢܶܬܒܽܘ ſedebunt, Pſal. CXXXI. & in modo infinito, ܠܡܶܬܒ ad ſedendum, Pſ. LXVIII. & CXXVI. A ܝܕܥ ſciuit, eſt mandatiuum ܕܥ ſcitote, Pſal. IV. & futurum ܢܺܝܕܥ ſcient, Pſalmo IX. Denique infinitum ܠܡܺܝܕܥ ſcire, Marc. IV. Igitur in huiuſcemodi verbis ſecunda radicalis, etiam ſi Kuſoi non habeat, eſt tamen pronunciatione veluti geminanda, cùm abiecto Iud, vlla ante eam ſeruilis litera eſt poſita: planè vt de ſuperioris ordinis verbis expoſuimus, quorum prima poſitionis litera erat Nun. Multa verò etiam ſunt, quæ cũ verbis habentibus Olaph primo loco, propè gemina eſſe videntur. In his itaq. ſeruiles literæ temporis futuri, & modi Infiniti habent vocalem longam; quæ plerumq. tertia eſt; interdum autem ſecunda: planè vt de iis diximus, quorum primum elementum eſt Olaph. Quin ferè poſt eas literas loco abſentis Iud, litera Olaph adſcripta eſt. vt à verbo ܐܡܰܪ iurauit, Futurum eſt ܢܶܐܡܰܪ iurabit, Hebr. VI. à ܝܠܕ peperit, ܬܶܝܠܕ pariet Maria, Mat. I. à ܥܓ ſolicitus fuit, ܬܶܥܓܽܘ ſoliciti eritis, Matth. VI. & ܢܶܥܓ ſolicitus erit, Ibidem. Similiter à verbo ܝܬܰܒ poſſedit, fit modus Infinitus ܠܡܶܬܒ ad poſſidendum. à ܝܬܰܪ oriri, eſt futurum ܢܶܬܺܪ orietur: Pſalmo XXXV. Sed exemplorum ſatis eſt. Adiungam autem formulam ad oſtendendum futura, & infinita eorum, quæ vel Olaph, vel Iud in iſtis temporibus & modis habent in vocali longa, quieſcens. Nam quæ imitantur verba habentia Nun primo loco ſuæ poſitionis, ea ad illorum normam accommodari facilè poſſunt.

2.f.fem.	Paul.
3.f.m.	&c. vt Benoni.
3.f.f.	
Plural.	Imperatiuus.
1.pl.cõ.	2.f.m.
2.pl.m.	2.f.fem.
2.pl.fe.	Plurale.
3.pl.m.	2.pl.m.
3.pl.fe.	2.pl.f.
Infinitum.	Futurum.
	1.f.com.
	2.f.m.

De hithpael verborvm, in *quibus prima litera est Nun.*

In isto verborum ordine salua rursus manent omnia positionis elementa, in formula Hithpael; planè vt in Piel. Est enim prorsus eadem in vtrisque ratio. Quare nihil opus est exemplo.

De verbis qvorvm prima *litera est Olaph, aut Iud.*

Porrò verba quorum primum positionis elementum est Olaph, ea illud per vniuersam inflexionem lenem, quam Kal vocamus, retinent quidem plerumque; si primam futuri temporis personã, numero singulari excipias; in qua alteri Olaph, quod eius personę, et tẽporis insigne asciscitur, illud libenter cedit: verùm, vt in Futuro, ita & Infinito prorsus silet, siue quiescit in præcedente vocali; quæ sæpe quidem est tertia; nonnumquam tamen secunda. vt dicam; dices; dicere, Matth. IV. comedes. apprehendes, &c. Sunt tamẽ verba quædam in hoc ordine, quę in modo Mandatiuo amittũt Olaph. Nam ab iuit, dicimus vade. ab venit, dicimus veni, Matth. VIII. Sed sunt istiusmodi pauca. At quorum positionis initium est litera Iud, eorum multa illud abiiciunt in Imperatiuo, Futuro, & Infinito; planeque se habent legibus eorum verborum, in quibus primo loco erat Nun. Quin Chaldæi, à quibus, vt dixi,

Nota.

non est opus exemplo ante oculos posito eorum inflexionem ostendere, quasi nouam.

De hiphil verb. qvæ primam habent nvn.

At in Hiphil, quia nusquam nõ præponuntur themati literæ seruiles, quæ cũ ipso coalescant in syllabas; ideo vbiq. litera Nun reiicitur. Nam, vt me alibi dicere memini, vitant eius vocem Syri in mediis dictionibus; vt & Hebræi. Igitur à profluxit, fit eructauit, Psal. XLV. à custodiuit, fit cõmendaui, siue custodiæ commisi, Psal. XXXI. & Benoni commendans. Mandatiuũ commenda. Futurum commendabo, commendabis, &c. Denique infinitum ad educendum, Psal. CIV. Atq. in his, vt in Kal dicebamus, si secunda positionis litera ex illarum est numero, quæ Kusoi admittunt, debet eo puncto impositio insigniri. Et alioqui perpetuò sic legenda est, quasi Hebraicum Dagges habeat; quo scilicet abiecta litera Nun quodam modo repręsentetur. Reperi etiam vnum verbum, quod in futuro habebat literam Olaph loco Nun; siue ea fuerit relicta huius inflexionis nota, qua Præteritum & Mandatiuus modus formãtur; siue ideo ascita, vt eius syllabæ vocem efficeret maiorem; cùm alioqui secunda litera positionis vix posset geminari. Est autem illud deduces; Act. XIII. est enim positio . Sed hoc insolens, & nouum est. Nunc subiiciam παράδειγμα.

Præteritum verbi in Hiphil.

2.pl.m.	3.f.masc.
2.pl.f.	3.f.fem.
vel, 1.pl.c.	2.f.mas.
	2.f.fem.
Benoni.	1.f.com.
	Plural.
Plurale,	3.pl.mas.
	vel, 3.pl.fe.

modo Infinito prorſus idem quod de futuro eſt exiſtimandum; cùm in eius initio ſit litera Mim aſcita. Dicimus ergo à verbo ܢܬܠ dedit, ܡܶܬܠ, ad dandum, Pſalm. LXXVIII. à ܢܦܩ exiuit, ܡܶܦܩ ad exeundum, Act. XVI. Sed adiungam exemplum de Imperatiuo, Futuro, & Infinito. Nam, vt dixi, Præteritum, & Participia prorſus more perfectorum verborum inflectuntur.

Igitur verbum ܢܛܪ ſic variatur.

Imperatiuus verbi ܢܛܪ cuſtodiuit.

Singular.

ܛܘܪ. 2. ſ.maſc.

ܛܘܪܝ. 2.ſ.fem.

Plur.

ܛܘܪܘ. vel ܛܘܪ 2.pl.maſc.

ܛܘܪܝ. vel ܛܘܪ 2.pl.fem.

Futurum ſing.

ܐܶܛܘܪ. 1.ſ.communis.

ܬܶܛܘܪ. 2.ſ.maſ.

ܬܶܛܘܪܝ. 2.ſ.fem.

ܢܶܛܘܪ. 3.ſ.maſ.

ܬܶܛܘܪ. 3.ſ.fem.

Plurale.

ܢܶܛܘܪ. 1.pl.com.

ܬܶܛܘܪܘ. 2.pl.maſ.

ܬܶܛܘܪܝ. 2.pl.fem.

ܢܶܛܘܪܘ. 3.pl.maſ.

ܢܶܛܘܪ. 3 pl.fem.

Infinitum.

ܡܶܛܘܪ. ܟܺܝܛܘܪ.

De piel verb. a nvn inchoatorvm.

Porrò iſta verba, cùm ſecũdum Piel variantur, nuſquam amittũt ſuum Nun. nimirum, quia literæ ſeruiles à principio aſcitæ hîc non coaleſcunt in vnam ſyllabam cum literis poſitionis, non poteſt ſecunda thematis aut Kuſoi recipere, aut ſaltem quaſi haberet Dagges, geminata voce pronnnciari; ad oſtendendam literæ Nun abſentiam. Cùm igitur in hac forma nihil à perfectis verbis differant; non iſtis plura per ſe ipſi intelligere. Supereſt autem, vt de verbis imperfectis ſimiliter paucis differamus: eaque in ſingulis ordinibus exponamus, è quibus & poſitiones ipſas, & earum genera, numeros, perſonas, tempora, modos denique diſcernere facilè poſſint, qui in legendis auctoribus verſantur. Meminiſſe autem volo lectores, quæ de perſonis modiſque per puncta diſcernendis; quæ item de participiis per diuerſas perſonas variandis, propè verborum modo; & de Hithpael forma, quæ nunc à Kal, nunc à Piel ducitur; hæc, inquam, & eis ſimilia, quæ vniuersè de perfectis verbis expoſuimus; ea pleraque omnia ad imperfecta quoque verba poſſe accommodari: etiam ſi à nobis nulla in horum tractatione facta fuerit mentio. Nota.

De verbis qvorvm prima litera est nvn.

Inter verba imperfecta primo loco enumerabam⁹ ea, quæ literã Nũ habẽt in ſuæ poſitionis initio. Hæc igitur verba in prima inflexionis formula, hoc eſt, in Kal, nihil à perfectis ſunt diuerſa in tempore Præterito, aut Participiis. At in modo Mandatiuo plerumque abiiciunt literam Nun. Nam à ܢܛܪ cuſtodiuit, eſt ܛܘܪ cuſtodi. Pſ. XXV. Et à ܢܦܩ exiuit, eſt ܦܘܩ exi, Luc. v. A ܢܦܠ cecidit, eſt ܦܘܠ cade, Mat. XXI. à ܢܩܛ excutere, ܩܘܛ excutite, Lu. IX. Mat. X. & numero pluriũ, à ܢܩܥ pulſauit, eſt ܩܘܥܘ pulſate, Matt. VII. Porrò in futuro ſimiliter ea litera abiicitur. & quidem eò facilius, quòd ei tempori aliæ literæ ſunt præponendæ, nempe, ܐ. His enim fit, vt abſens Nun, poſſit per punctum Kuſoi ſupra proximam poſitum literam repræſentari; ſi ea eius ſit capax. Igitur à ܢܬܠ dedit, fit ܐܬܶܠ dabo, Pſal. II. geminata litera Tau per Kuſoi impoſitũ. Similiter, à ܢܛܪ cuſtodiuit, eſt ܬܛܘܪ cuſtodies, Pſalmo XII. à ܢܚܬ deſcendit, ܢܚܬܘ deſcendent, Pſalm. XXXI. In quo verbo obſeruandum eſt, literam Tau eſſe lenem, niſi mendum eſt. Nimirum cùm litera Nun exciderit, ipſa litera Heth ſic eſt pronuncianda, quaſi ſcheua mobile, vt vocant, ſub ſe habeat. Denique de

Plurale.

3. plural. masc.

3. pl. fem.

2.pl.maſ.

2.pl.fem.

1.plu.com.

Benoni ſing.

ſing. maſ.

ſing.fem.

Plurale.

plur.maſ.

plur.fem.

Imperatiuus ſingul.

2.ſ.m.

2.ſ.fem.

Pluralis.

2.pl.maſ.

2.pl.fem.

Futurum ſingul.

1.ſ.com.

2.ſ.maſ.

2.ſinguſ.fem.

3 ſ.maſ.

3.ſ.fem.

Plurale.

1.plur. comm.

2.pl.maſ.

2.pl.fem.

3.pl.maſ.

3.pl.fem.

Infinitus modus fit ad hanc formam, irritari. & à Kal ſcribi. & cum Vau, planè vt in ſuperioribus formulis vidimus. Et hactenus de variandis verbis perfectis per quatuor inflexionum formas, atque per omnes modos, tempora, perſonas, numeros; vt in rudimentis, dictum ſatis eſto. Hæc enim, quamuis leuiter monſtrata, non ſolùm facilè videre poterunt, atque cognoſcere, ij qui in Hebræorum Grammaticorum ſunt præceptionibus verſati; verùm etiam ex

 iſtis interdum quidē quæ per Kal, ſæpius verò quæ per Piel, aliquādo etiam quæ per Hiphil variantur: nam plerumq. prima poſitionis ſyllaba habet vocalē primam; ſecunda autē ſæpè ſecundā; nō rarò tamen etiam ipſa primam. Porrò etſi paucæ ſint literę apud Syros, quæ Kuſoi, hoc eſt, dagges, vt dixi, recipiant; tamen cùm earum aliqua eſt in hac formula mediū poſitionis elementum, obſeruaui in quibuſdam verbis eam eſſe duram: in quibuſdā verò manere lenem, prout hæc patiendi forma interdum à verbis inflexionis Kal, interdum à Piel ducitur. Et vt vnū, atq. alterū adiungam exemplum. verbum, intellexi, plerumque habet Coph durum. at fiſus ſum, habet eandem literam lenem. Rurſus inclinatus eſt, Coph durum habet. contrà verò, recordatus eſt, eandem habet literam mollē. Porrò ſicut apud Hebræos vſitatum eſt, & Chaldæos quoq.; vt cùm prima poſitionis verbi litera eſt Schin, Samech, Zade, aut Zain, fiat non ſolùm metatheſis literæ ſeruilis Tau, ſed ea etiam in Teth mutetur propter Zade, aut in Dolath propter Zain, id ſimiliter à Syris obſeruatum eſt. Nam à fit traditus eſt. à , fit , recordatus eſt. à , fit cruci affixus eſt, &c. Ceterùm Infinitum rurſus à Benoni differt per vocalem quartam, quam habet vltimo loco; vt in præcedentibus formulis. & ſæpiſſimè etiam per Vau paragogicum. Sed ſubiiciam huius formulæ exempla duo coniunctè. quorū alterius à Piel formati prima poſitionis litera vbiq. habet vocalem primam, & ſecunda Kuſoi, cùm eius eſt capax: alterius verò à Kal ducti prima thematis litera plerumq. nullam habet vocalem.

FORMVLA INFLEXIONIS HITHPAEL.

Præteritum ſingulare.

3.ſ.maſ.

3.ſ.fem.

2.ſ.maſ.

2.ſ.fem.

1.ſ.communis.

Futurum singul.

1. f. com.
2. f. mas.
2. f. fem.
3. f. masc.
3. f. fem.

Plurale.

1. pl. com.
2. plur. mas.
2. plur. fem.
3. plu. masc.
3. pl. fem.

Infinitus modus.

&

Et cum affixis.

& ita in aliis. Variatur quoq. interdum Benoni per suas personas, vt in Kal, atque etiam Paul similiter.

De Hithpael qvarta formvla variandorvm verborvm.

Postrema formula erat Hithpael, quam patiendi verbis peculiariter esse dicatam dicebamus. Sunt tamẽ in ea etiam quæ actionem significãt; sed ferè qualem apud se quis agat. vt recusare, auersari, ἀθετεῖσθαι. vt lusit, ἔπαιζε, & narrauit, cõmemorauit, & eis similia alia. Ceterum in hac formula rursus imitati sunt omnino Hebræos Syri, nisi quòd more Chaldæorum, pro He, sumpserunt Olaph; vt in ea quoque, quam proximè exposuimus, formula. Dant autem ei Olaph, vt & literæ Mim quoque, quæ in Participio; quod hîc vnicum est; atque in Infinito præponitur; & literis , in futuro præpositis, vocalem secundã: quamuis vt Hebræi, ita & Chaldæi, in ea syllaba vtantur tertia vocali. Porrò si primam syllabam auferas; quæ ex Tau, & aliis præpositis seruilibus literis componitur; reliqua positio planè erit similis verbis, interdum formula ponuntur ante positionis primũ elementum, vocalem primam in omnibus modis, & temporibus. at in secunda syllaba est plerumq. vocalis secunda. Est etiam hîc participium Paul, hoc est, quod patiendi habet notionem, verùm admodũ simile Benoni, nisi quòd secundo loco est vocalis prima, planè vt in proxima formula dicebamus. Sed rarius vsurpatur, in verbis, certè, perfectis: exemplum est Lucæ IV. & decorẽ eius, qui mihi traditus est. Modus quoq. infinitus crebrò habet Vau paragogicum; & alioqui terminatur plerumq. vocali quarta: vt in vtraq. superiore formula quoq.

Exemplvm inflexionis Hiphil in verbo irritauit.

Præteritum singulare.

3. f. masc.
3. f. fem.
2. f. mas.
2. f. fem.
1. f. communis.

Plural. numer.

3. plur. masc.
vel 3. plur. fem.
2. pl. masc.
2. pl. fem.
vel 1. plur. commun.

Benoni sing.

sing. masc.
sing. fem.

Plurale.

plur. masc.
plur. fem.

Paul sing.

sing. mas.
vt in Benoni. sing. fem.

Imperatiuus singular.

2. f. masc.
2. f. fem.

Pluralis.

vel 2. pl. masc.
vel 2. pl. fem.

مَدْعِبْعَا vel مَدْعِبْعَا sing. fem.

Plurâl. numero.

مَدْعِبْعِي vel مَدْعِبْعِي plur. maſ.

مَدْعِبْعَا vel مَدْعِبْعَا plur. fem.

Imperatiuus مَدْعِبْعَا

2. ſing. maſc.

2. ſing. fem.

Plural. numero. مَدْعِبْعَا

2. plur. maſc. vel

2. pl. fem. vel

Futurum. مَدْعِبْعَا

1. ſing. com.

2. ſ. maſc.

2. ſ. fem.

3. ſ. maſc.

3. ſ. fem.

Plurali numero.

1. plur. commun.

2. plur. maſ.

2. plur. fem.

3. plur. maſ.

3. pl. fem.

Infinitum.

مَدْعِبْعَا & مَدْعِبْعَا

مَدْعِبْعَا

مَدْعِبْعَا

&c. مَدْعِبْعَا

} abſque perſona aut tempore.

Participium vtrumq. ſic variatur interdum per diuerſas perſonas, vt in tabula Kal oſtẽdimus. verbi gratia, مَدْعِبْعَا Tu cõſecras vir. مَدْعِبْعَا Tu conſecras femina. & ita in aliis. Eſt autẽ ex hoc exemplo perſpicuum, Syros ſuum Piel, planè de Hebræorũ Piel expreſſiſſe.

De Hiphil tertia formvla variandorvm verborvm.

Tertiam porrò inflectendorũ verborum formam, vocamus; Hebræorum more; Hiphil. quos Syri rurſus hîc, vt in præcedente inflexione, ſunt planè imitati; niſi quòd loco He, vtũtur litera Olaph, in initio præteriti, & modi mandatiui. Habent autem literæ ſeruiles; quæ in hac

C formu-

مَدْعِبْعَا, & مَدْعِبْعَا, laudatus, مَدْعِبْعَا & مَدْعِبْعَا, ſaginatus. Et quod fit abſque Olaph, facit numerum pluralem ſicut Benoni, per ـِـ. vt مَدْعِبْعَا ſaginati. quod autem cum Olaph; ſi eſt poſitum pro maſculino, efficit numerum plurium, mutato o, in e; vt مَدْعِبْعَا, ſaginati. Sin pro feminino, facit per Nun, cum vocali quarta; hoc eſt, on. vt مَدْعِبْعَا ſaginatæ: altera autẽ forma feminina in vtroq. numero eſt مَدْعِبْعَا. مَدْعِبْعَا ſaginatæ, diuiſæ. Porrò modus infinitus, quia etiam ipſe habet literam Mim aſcitam, interdum nihil differt voce ab ipſis participiis, verùm ſæpè terminatur quarta vocali, vt in Kal. & crebrò habet Vau paragogicum. Quo caſu, ſi aſciſcit pronomen affixum, vt vocant, ſumit inſuper Tau. vt مَدْعِبْعَا ad conſecrãdum eum. & ſimiliter in aliis. Sed ſubiiciam formulam totius huius inflexionis in tabula; vt ſimul omnia videre, atq. expendere lector poſſit. Infinitus.

Formvla Piel in verbo مَدْعِبْعَا conſecrauit.

Præteritum ſing. مَدْعِبْعَا

3. ſingul. maſc.

3. ſing. fem.

2. ſing. maſcul.

2. ſ. fem.

1. ſing. commun.

Plurali num. مَدْعِبْعَا

3. pl. maſc.

3. pl. fem.

2. pl. maſc.

2. plur. fem.

1. plur. commun. vel

Benoni مَدْعِبْعَا

ſingul. maſc.

ſing. fem. vel

Plur. num. مَدْعِبْعَا

plur. maſc.

plur. fem.

Et ſimiliter in Paul.

ſing. maſc. vel

De secvnda inflectendorvm verborvm formvla, qvam piel vocant.

Inter reliquas formas proxima à Kal est ea, quam Hebræorũ Grammatici, Piel, vocant. Hanc facilius est apud Hebręos, quàm apud Syros cognoscere. propterea quòd hi paucas habent literas, quę duritatis punctũ recipiant, vti diximus: quod est alioqui apud Hebræos huius formulæ certissimum insigne. Quas tamen habent, eis solent notam illam in vertice apponere, quando sunt medium positionis elementum, in hac formula. vnde cõiecturam capimus, alias quoq. literas hîc; & si eius apiculi capaces non sint; tamẽ eo loco veluti geminandas, aut certè durius, pressiusq. legendas esse. Dignoscitur tamen hęc formula à superiore. eò, quòd in illa, vt diximus, prima positionis litera haud ferè habeat vocalem adscriptã: sed tamquam per Scheua Hebræorũ, raptim legatur. In hac autem insignita sit vocali prima; vt apud Hebręos tertia; quã vbiq. firmè retinet, dum per suas personas, casusq. & modos variatur, etiam si Pronomina affixa habeat. In secunda autem syllaba est plerumq. in hac formula vocalis secunda; similiter atq. apud Hebręos. Tũ & eæ literę quoq. quæ asciscuntur ad initium, hîc, sicut apud Hebræos, raptim leguntur per vocalem secundam; aut per Scheua potius. quamquam ea nota Syri careant. Participium. Ad hoc; Participium vtrumq.; planè vt apud Hebręos; assumit literam Mim. Neq. possunt ipsa participia; Benoni dico, & Paul; inter se facilè dignosci, nisi ex orationis sensu. Nota. Paul tamen; hoc est. participium quod patiendi facit significationem; sæpè habet in postrema syllaba vocalem primam, cùm ibi Benoni habeat, more Hebraico, secundam. vt verbi gratia, مبارَك, est Benoni Piel, benedicẽs. at مبارِك, Paul, benedictus. Sed quia multa sunt, quę etiam in Benoni illic loci habent vocalem primam, propter literam Risch, aut gutturales; non est hoc certissimum signum. Prętera Paul in hac forma sępè asciscit in genere masc. Olaph, & in feminino, Tau. Dicunt enim Syri, مكعس

De modo infinito.

Modvs infinitus vocari potest circuitione verborum à Syris, ܠܡܐܬܝܐ ܦܘܠܚܢܐ, absq. tempore, & persona. sicut à Græcis eadem notatione, dicitur, ἀπαρέμφατος. ceteroqui more Hebræorũ vocatur ܒܝܬ ܣܘܟܐ, fons, siue scatebra. Hunc modum non ferè formant Syri, absq. litera Mim præposita; quæ etiam si alię literæ seruiles adhibendæ sunt ad formanda gerundi verba; tamẽ suo loco fixa manet: habetq. ea in hac prima formula Kal, vocalem secundam. porrò in secunda syllaba plerumque auditur vocalis quarta. Non rarò tamen etiam prima. vt à عكس fit infinitus modus, مِعكُس, relinquere. & gerundi verba لِمِعكُس ad relinquendum, بِلِمِعكُس, à relinquendo. A ܫܘܐ ordinauit, fit ܠܡܫܘܝ ordinare. A ܣܓܕ adorauit, fit ܠܡܣܓܕ ad adorãdũ, &c. Sed enim vsitatus quoq. apud Nota. Syros est proschematismus; quo istiusmodi verbis additur in fine litera Vau, quod tamẽ in ceteris inflectendi formulis quàm in Kal, hoc est, prima & leni, sępius fieri videor obseruasse. Est autẽ ea forma huiusmodi لِمِعكُسه ad relinquendũ. Sumit etiã iste modus pronomina affixa, vt, لِمِعكُسه, lapidare eum. Ioan. x. لِمِقتُلَه occidere eum. Matth. xiv. لِمِقبُرَنى ad sepeliendum me. Matth. xxvi. &c. Quod si verò hoc fit, postquã Vau, per paragogen, ascitum est, tum additur insuper litera Tau; hoc modo, لِمِعكُسُوه ad relinquendum eum. لِمِعكُسُولَه ad relinquendum te, &c. Porrò semel absq. litera Mim præposita me legere memini hunc modum, in illo Isaiæ vi. مِمكَل لِمِمكَل audiẽdo audietis & non intelligetis. quod à Diuo Matthæo citatur cap. xiii. quamquam propter Olaph ascitum, nomen, auditio, potius quàm verbum infinitum dici debet, nisi fallor. Atq. hæc quidẽ à nobis hactenus de prima inflectendorum verborum formula, quam Kal vocant; quamq. in tabula exhibuimus; monita sufficiant: vt in rudibus istis, leuiterq. inchoatis elementis. Nunc porrò æquè leuiter attingam ceteras quoq. tres formas.

tiuò modo; verùm in aliis quoq. modis, et temporibus, per quaſuis inflexionũ formulas; planè vt etiam apud Hebræos vſu venit. ad quorum Grammaticos; qui iſta prolixè expoſuerunt; cenſeo eſſe reuertendum.

De Futuro.

Futurum tempus vocant Syri ܢܶܩܛܘܠ, ſiue ܢܶܩܛܽܘܠ. Formantq. id ab Imperatiuo; præpoſitis ei literis quibuſdam, quæ perſonas diſtinguant. Eæ ſunt apud hos, ܐܠ, hoc eſt, Olaph, Nun, Tau. Nam pro Iud, quo Hebræi vtuntur, iſti ſupponunt literam Nun: vt antè diximus, cùm literarum ſeruiliũ munera exponeremus. Quo fit, vt tertia perſona maſcul. numeri ſing. non ſit diuerſa à prima plurali. De vocalibus autem, quæ in modo Mandatiuo diximus, ea de futuri temporis verbis ſimiliter intelligi debẽt. Dicũt enim Syri, ܢܶܫܡܥ audiam, non ܐܶܫܡܥ. & ܢܶܪܡܶܫ dormiam, non ܐܶܪܡܶܫ &c. Habent autẽ in hac leni inflexione, hoc eſt, in Kal, literæ, quæ, vt dixi, præponuntur; plurimùm vocalem ſecundam. Eſt porrò monendus hîc mihi lector; perſonam tertiam generis feminini, numero ſingulari, ſæpè nõ eſſe ſcriptura diuerſam à ſecunda maſculina eiuſdem numeri; quamuis pro Grãmatices legibus in tabula eam, litera Iud appoſita ad finem, diſtinxerim. Nam legimus ܢܶܬܬܰܫ eradicabitur planta. Matt. xiv. in Hithpael. & ܢܶܬܬܰܗ dabitur regnum cæli genti &c. Matt. xxi. Et ibidẽ ܢܶܦܠ cadet lapis. rurſus Matth. xxiv. ܢܶܬܟܪܙ prædicabitur hoc Euangeliũ, &c. Sed non eſt opus plura adiungere exempla, ſunt enim nimis multa. Sed enim hoc quoque Syrorum hîc proprium eſt; quòd tertiam perſonam femininam numeri pluralis, non forment per literã Tau præpoſitam, vt Hebræi, ſed per Nun. Vt tamen à maſculina eiuſdem numeri ſit diuerſa, finiunt illam quarta vocali abſque litera Vau, cùm maſculina terminetur quinta vocali, non ſine Vau. Ceterùm in omnibus futuri temporis perſonis Syri apponunt punctum ſubter; præterquam in prima perſona numeri ſingularis; in qua ſuprà locant. vt in tabulis noſtris videre eſt.

Nota.

Nota.

Ceteroqui vt Benoni, ſic iſta participia formãt numerũ pluralem terminatione, ـين, genere maſculino. at feminino ſola litera Nun, cum vocali quarta, vt, ܒܪܝܟ benedictus: ܒܪܝܟܝܢ benedicti. & ܒܪܝܟܬ benedicta: ܒܪܝܟܬܝ benedictæ. Sæpè tamen maſculinum genus adiunctum Olaph habere cernitur; ſed tum formandum eſt femininum addita inſuper litera Tau. Verùm in hac ſpecie, Nomina potius adiectiua, quàm Participia ſunt exiſtimãda. vt ܟܒܝܕ ponderoſus: ܟܒܝܕܬ ponderoſa. fitq. in his numerus pluralis, in maſculinis quidẽ mutata vocali quarta vltimæ ſyllabæ, in ſecundam: in femininis verò, abſq. vlla vocaliũ literarúmue in extrema ſyllaba mutatione, ſolis duobus adiectis ſuprà apiculis. vt ܟܒܝܕܝ ponderoſi, ܟܒܝܕܬ ponderoſæ.

De modo Imperativo.

Mandandi quoque modum Syri; quem ܦܘܩܕܢܐ, aut per aduerbiũ, ܐܝܠܝ ac ſi, mandatiuè, dicas, nominant; proximè ad Hebræorum normam accommodarunt; vt vides. Vtuntur autem ſecundo loco quinta quidẽ vocali plurimùm, ſed tamen nõ rarò etiam prima, aut ſecunda, vel alia; pro literarũ ingenio, quæ in poſitione verbi ſunt. quod etiam Hebræi faciunt. Dicunt enim Syri ܐܶܫܡܰܥ pſallite, nõ ܐܶܫܡܥܘ: propter literam Riſch. & ܫܡܰܥ audi, non ܫܡܥ, propter literam Ae. & ܥܒܶܕ fac, non ܥܒܕ; quia ſic vſu eſt receptũ. Porrò vt Hebræi, ſic etiam Syri mutant hanc imperandi formã, propter quædam affixa pronomina, præſertim in numero pluriũ. Sicut enim illi à שָׁמַר, cuſtodi, dicunt, שָׁמְרֵנִי cuſtodi me: Pſal. xvii. Sic Syri à ܫܡܰܥ audite, dicunt, ܫܡܥܘܢܝ audite me; Pſal. xxxiii. Et pro ܚܘܪܘ, circundate, dicunt, ܚܘܪܘܢ, circundate eã, Pſalm. xlviii. Sed iſta ex tabula Verbi, quod cũ affixis pronominibus dedimus, oculis percipi, notariq. poſſunt. Interim ſemel monendus mihi lector eſt: non ſolum in verbis perfectis fieri, vt propter pronomina, quæ ad fines adiunguntur, aliter locentur vocales, quàm vel tabulæ ipſæ, vel noſtræ præceptiones docent: ſed ęquè in imperfectis. Neq. in vno manda-

Nota.

De

postpositopronomine. Est aũt in isto primę personę pronomine obseruandũ; cùm sic postponitur, dimidiatũ legi: vt Sobecno, Iohebno, audias. ideóq. in bonis libris virgulam, velamenti notam, sub Olaph scribi. Sed hoc antè està nobis explicatũ. & erit dicendum rursus cùm pronomina tractabimus. Similiter secunda personа sic vtuntur. ܐܢܬ ܦܬܚ ܐܝܕܟ, Tu aperis manum tuam, Psal. CXLIV. Et ܐܢܬܘܢ ܐܡܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܓܕܦܝܢ ܒܗ ܐܝܟ, vos dicitis, tu blasphemas. Ioan. x. in qua verborũ complexione, primũ quidem & præponitur, & postponitur pronomẽ secundæ personæ: deinde postponitur solũ.

Nota. Insuper id quoq. notandũ est, Benoni Syrorum, in omnibus verborũ ordinibus, nõ solùm posse inflecti more Nominum; sed quodã modo etiã verba imitari sæpè; dum per alias atq. alias personas variatur; cuius variationis specimẽ in Kal exhibuimus. Et literam Tau, cùm format tertiam personam generis feminini, hîc nõ aliter, atq. in præterito, habere apiculũ in sinistro latere. vt ܩܛܠܐ, occidens femina, ܪܓܡܐ, lapidans femina: Matth. XXIII.

De altero participio, quod Paul vocatur.

Sed enim habent Syri, vt & Hebræi, & Chaldæi, etiam alterũ Participiũ, quod apud eos rectè Pail, pro Paul, appelletur. Est enim eius ea forma, vt prima syllaba habeat vocalem primã, more Hebraico: quamquam sæpè nulla vocalis adscripta sit; at secunda tertiam vocalem. vt ܐܝܡܝܢ dictus, ܫܕܝܪ dimissus. E quibus fiunt feminina, addito ad finem Olaph cum vocali quarta. vt ܫܕܪܐ dimissa. ܐܝܡܝܢܐ dicta. Est tamẽ vbi alia vocalis primo loco ponitur; vt quа positionis prima literа magis gaudeat. Nã dicimus ܝܕܝܥ cognitus: & genere fem. ܝܕܥܐ cognita. ܝܗܒ datus: ܝܗܒܐ data. Est etiam vbi secũdo loco ponitur vocalis secũda: nempe in iis quę habẽt vltimã positionis literã Olaph. vt in eo ordine sumus dicturi. Inflectuntur autem etiam ista participia interdum, sicut Benoni; more verborum. Nam à ܐܬܟ fisus, fretus, dicimus ܐܬܟܝܢ nos fidimus, nos freti. & ܐܬܟܬܘܢ vos fiditis. atque ita in aliis vt in tabula.

Cetero- est, nihil ex eorũ ore auditur exire, quàm ܥܒܕ. Ceterùm præterita imperfecta & plusquamperfecta Syri formare solent plerumq. per verbũ ὑπαρκτικὸν. illa quidẽ cùm hoc collocant post participium. ista verò, cùm post simplex præteritum. vt ܐܡܪ ܐܝܬܝ dicebãt. ܐܡܪ ܐܬܦܟܪ, cogitauerant. ܐܡܪ ܩܕܡ præceperant. Ioã. XI. quamquã alioqui simplici etiam præterito aliorum loco non rarò vtantur.

De Benoni, sive tempore præsenti.

Tempvs præsens, quod Hebræi בֵּינוֹנִי vocant; siue quia medium tempus inter præteritum, & futurum significat; siue quia partim verborum, partim nominum naturam sequitur, vnde & participium à Latinis est appellatũ; Syri vocant ܩܐܡ ܗܘ, hoc est, Tempus stans. Est autem illud à Syris planè ad Hebræorũ בֵּינוֹנִי, vt vides, expressum. Habet enim in prima syllaba vocalem quartam; in secũda plerumq. secundam: nisi ob literas positionis hoc loco alia, quàm illæ magis ament, ponatur. Quod eò dico, quia si postrema positionis est Risch, aut è gutturalibus vna aliqua, ferè fit, vt prima vocalis secũdo loco ponatur. vt ܢܛܪ custodiens; ܫܡܥ audiens. Quia verò istius tempo- Nota. ris positio, si nullis vocalibus notata est, nulla re differt à tertia persona masculini singul. in præterito, solet perpetuò distingui apiculo suprà, proximè ad primã positionis literam, posito: quod signum est, eam syllabam per vocalem quartam proferri debere: vt diximus, cùm puncta tractaremus. Ceterùm Benoni vtuntur crebrò Syri, pro verbo temporis præsentis; quo alioqui carent; cùm ei modò præponunt, & postponunt pronomẽ; modò aut præponunt; aut, quod sæpius fit, postponunt solùm. idq. plurimum in prima & secunda persona. Nam in tertiis personis rarò est illiusmodi pronominibus opus. quippe illæ suis ferè nominibus hærent. Volentes enim Syri dicere, Pacem relinquo vobis; loquuntur ad hunc modum, ܫܠܡܐ ܥܕ ܐܢܐ ܫܒܩ Ioann. XIIII. vbi postpositum est pronomen. Rursus, Ego do vobis, sic circumloquuntur ܐܢܐ ܝܗܒ ܠܟܘܢ. Ibidẽ; & præposito &

Nota. ith. Libenter enim Syri, vt hoc semel dicam; pro Chaldæorum tertia vocali, vsurpant secundam. Tertia verò persona feminina finitur plerumque ath. In verbis autem, quorũ vltima litera est Olaph, vel Iud, oth. Denique secunda masculina talis ferè est, qualis apud Hebræos secunda feminina. hoc est, litera Tau nullam habet sibi adiunctam, neq. ante se positã vocalem. Eoque fit vt, in libris certè perfectè scriptis, in hac persona Tau perpetuò habeat Kusoi, hoc est, punctum duritatis, in vertice. qua nota secerni etiàm potest ista persona, ab illis duabus, quas dixi: in quibus Tau semper est lene, habetque punctum subter scriptum; quamdiu certè nullum pronomẽ affixum istam punctorum & vocalium rationem mutat. Sed Syri, vt sunt punctis copiosi, his quoque depellere omnem eum errorem voluerunt, quem illarum trium personarum similitudo, ex scriptura nata, creare Nota. possit. Nam in prima persona suprà: in secunda masc. & tertia feminina, subter scribunt apiculum à Kusoi, atque Ruchoch diuersum. Et quando ea re nondũ dignosci potest secunda à tertia, locant insuper vnum punctum in latere siniſtro literæ Tau personæ tertiæ, quam dixi, quòd eius sit peculiare, & perpetuum insigne, in bonis certè libris; etiam tum, quando vocales non adscribuntur. Sed insuper hoc de ista persona tertia monendum est, vsitatum apud Syros esse, vt cùm absq. certa persona loquuntur, eam vsurpent. quale est illud, جـنـبـهـ كـحـصـ dolebat illis, Matth. xxvi. Porrò in Nota. numero plurali, quia rursus tertia persona feminina aliam eius numeri notam nullam habere videtur, insignitur duobus apiculis, planè vt nomina pluralia solent. Atque hîc insuper illud obseruandum est, vix vmquam extremam huius personæ syllabam notari vlla vocali; quæ alioqui plerumque esset tertia, in quibusdam tamen verbis prima. Vt neque etiam personæ masculinę, quæ in plerisq. verbis notanda esset vocali quinta. Cuius rei ratio est, quòd Syri has personas non aliter efferunt, quàm tertiam singularem. Nam siue عصصه, siue عصصن scriptum est,

pauca in singulis modis & temporibus monebimus: vt nos facturos dudum promisimus.

MONITA DE FORMVLA VARIANDI VERBA IN PRÆTERITO.

POST propositas tabulas pauca monebo vniuersè, quæ obseruãda sunt per singula tempora, & modos. Igitur tempus præteritum vocant Syri إحنا وحضر. In hoc tempore plerumque spectatur nuda per se verbi positio in tertia persona numeri singularis, generis verò masculini. atque ea est caussa, cur Hebræi, & Syri ab ea persona inchoent tabulas inflexionum. Quia autem, vt antè dixi, non eædem sunt cuiusuis positionis vocales; fit vt in reliquis quoque casibus, qui omnes ab illa persona, tamquam radice, nascuntur; alia verba alias vocales habeant. Dicimus enim, عصصه per primam vocalem in medio. & حصصه per secundã. Sed ea dissimilitudo non est eiusmodi, vt lectorem non prorsus cæcum possit in errorem inducere. Ceterùm Syri pleraque verba, in præterito inflexionis Kal; cuius exemplum solius in tabula dedimus; ita efferunt primam syllabam, vt raptim, absq. vlla adscripta vocali exeat: si solam primam personam, & tertiam feminini generis, in numero singulari excipias: in quibus sæpe habet prima positionis litera vocalem secundam. atque etiam illa verba, quorum prima positionis litera est Olaph aut Iud. In his enim etiam ferè adscribi solet vocalis primo elemento. & ipsi Iud quidem sępe tertia, Olaph autẽ plerumq. secunda. vt إمر dixit, يـد sedit. Loquor autem de verbis cùm nulla habent affixa pronomina. Adiunctis enim pronominibus, mutantur etiam vocales in quibusdam locis; vt ex affixorum tabula cerni, & cognosci potest. Porrò quia iisdem prorsus elementis scribuntur prima persona generis communis, secunda masculina, & tertia feminina, numero singulari; obseruandæ sunt diligenter vocales, quibus quæque illarum pronuncianda est. Prima enim persona, terminatur syllaba, eth: vt apud Chaldæos,

Futurũ plurale cũ affixis pluralibus.

יִכְתְּבוּן ✣ *Perſ. tertia maſc. plur. cum affixis pluralibus.*

יִכְתְּבוּן Illi illos, illas, relinquent.

יִכְתְּבוּכוֹן Illi vos viros.

יִכְתְּבוּכֶן Illi vos feminas

יִכְתְּבוּנָן Illi nos. com.

תִּכְתֹּבְנָה [a] *Perſ. tertia fem. plural. cum affixis pluralibus.*

תִּכְתֹּבְנָה Illæ, illos, illas, relinquent.

תִּכְתְּבוּכוֹן Illæ vos viros.

תִּכְתְּבוּכֶן Illę vos feminas

תִּכְתְּבוּנָן Illæ nos. com.

תִּכְתְּבוּן [b] *Perſ. ſecund. maſ. plur. cũ affixis pluralis num.*

תִּכְתְּבוּן Vos viri illos, illas, relinquetis.

תִּכְתְּבוּנָן Vos viri nos.

אֶכְתֹּב ✣ *Perſona prima pluralis, cum affixis pluralibus.*

נִכְתֹּב Nos illos, illas, relinquemus.

נִכְתְּבוּכוֹן Nos vos viros.

נִכְתְּבוּכֶן Nos vos feminas.

De affigẽdis pronominibus ad modũ infinitũ, nõ eſt neceſſe ſingularẽ tabulã proponere. eſt enim omniũ propè eadẽ vna ratio, veluti כְּתָבַנִי. כְּתָבָךְ. כְּתָבָהּ &c. hoc eſt, relinquere me, illũ, te, illos, vos, &c. Et cum Vau, כְּתָבָם. כְּתָבָן, addita inſuper litera Tau, vt in Monitis de Infinito explicabimus. Iã verò ea, quam in vno verbo inflexionis Kal oſtẽdimus, ratio affigendi quęuis pronomina quibuſuis modis, tẽporibus, numeris, perſonis, teneri similiter debet in aliis inflexionibus. Sic tamen, vt cuiuſq. propriæ vocales obſeruẽtur. Nam, verbi gratia, in Piel, debet perpetuò prima poſitionis litera, in quibuſuis vel temporibus, vel perſonis ſuã vocalem retinere; quæcũq. aſciſcãtur pronomina. Similiter in verbis Hithpael, quæ ſunt à Piel formata. Sed iſta cognitionẽ habent facilem. Quin neq. in verbis Imperfectis diuerſus ab eo, quẽ propoſui, eſt affigendi pronomina modus; niſi quantũ paſſim in margine annotauim⁹: & ſi erit op⁹, dicturi ſum⁹ explicatius, cũ illa verba tractabim⁹. Hactẽ⁹ igit᷑ de Pronominib⁹ ad verba affigẽdis. Nũc q᷒ ad ipſam inflexionẽ attinet, pauca

[a] Vetus feminina hæc ſolent numeri pluralis affixa pronomina habere. adiungam tamen exemplum formæ qualis eſſe debeat.

[b] Ad hunc modum formare etiam ſecunda perſona plura. in genere feminino: quamuis ei non ſoleant affixi Pronomina.

יִכְתְּבֶנָּה [c] Illæ illũ relinquent

יִכְתְּבֶנִּי Illæ illam.

יִכְתְּבֶךָּ Illæ te virum.

יִכְתְּבֵךְ Illæ te feminam.

יִכְתְּבֵנִי Illæ me.

יִכְתְּבוּ ✣ *Perſona ſecunda maſc. plural. cum affixis ſingularibus.*

יִכְתְּבוּנוֹ vos viri illũ relĩq̃tis.

יִכְתְּבוּנָהּ Vos viri illam.

יִכְתְּבוּנִי Vos viri me.

נִכְתֹּב ✣ *Perſona prima pluralis, cum affixis ſingularibus.*

נִכְתְּבֶנּוּ & נִכְתְּבֵהוּ Nos illum relinquemus.

נִכְתְּבֶנָּהּ Nos illam.

נִכְתְּבֶךָּ Nos te virum.

נִכְתְּבֵךְ Nos te feminam.

[c] Vix eſt vbi verbo futuri temporis generis fem. numero plurali, ſiue ſecundæ, ſiue tertiæ perſonæ affixa pronomina inuenias. Volui tamen exẽpli cauſſã modum affigendi ob oculos ponere.

Futurũ ſingulare cũ affixis pluralibus.

יִכְתְּבֶנּוּ ✣ *Perſona tertia, maſ. ſingularis cum affixis pluralis numeri.*

יִכְתְּבֶנּוּ Ille illos relinquet.

יִכְתְּבֶנָּה Ille illas.

יִכְתְּבֶנָּכוֹן Ille vos viros.

יִכְתְּבֶנָּכֶן Ille vos feminas.

יִכְתְּבֶנָּן Ille nos. commun.

יִכְתְּבֶנָּה *Perſ. tertia fem. ſingul. cum affixis pluralibus.*

יִכְתְּבֶנָּה Illa illos, vel illas, relinquet.

יִכְתְּבֶנָּכוֹן Illa vos viros.

יִכְתְּבֶנָּכֶן Illa vos feminas.

יִכְתְּבֶנָּן Illa nos. commun.

יִכְתְּבֶנָּה *Perſona ſecunda. maſ. ſingul. cum affixis pluralibus.*

יִכְתְּבֶנָּה Tu vir, illos, illas, relinques.

יִכְתְּבֶנָּן Tu vir nos.

יִכְתְּבֶנָּה *Perſ. ſecund. ſem. ſingularis, cum affixis pluralibus.*

יִכְתְּבֶנָּה Tu femina, illos, illas relinques.

יִכְתְּבֶנָּן Tu femina nos.

אֶכְתְּבֶנָּה *Perſo. prima com. ſingul. cum affixis pluralibus.*

אֶכְתְּבֶנָּה Ego illos, illas relinquã.

אֶכְתְּבֶנָּכוֹן Ego vos viros

אֶכְתְּבֶנָּכֶן Ego vos feminas.

Femininum genus numero plurium haud ferè inuenias, vbi affixa pronomina habeat.

Futurum ſingulare cum affixis ſingularis numeri.

Persona tertia ſingul. maſc. cum affixis ſingularibus.

Ille illum relinquet.

Ille illam.

Ille te virum.

Ille te feminam.

Ille me. commũ.

Persona tertia fem. ſingul. cum affixis ſingularibus.

Illa illum.

Illa illam.

Illa te virum.

Illa te feminam.

Illa me. com.

Persona ſecund. maſ. ſing. cum affixis ſingularibus.

Tu vir illum relinques.

Tu vir illam.

Tu vir me. com.

Persona ſecunda fem. ſing. cum affixis ſingularibus.

Tu femina illum relinques.

Tu femina illã.

Tu femina me.

Persona prima ſingularis cum affixis ſingularibus.

Ego illũ relinquã

Ego illam.

Ego te virum.

Ego te feminã.

Futurum plurale cum affixis numeri ſingularis.

Persona tertia maſ. plural. cum affixis ſingularibus.

Illi illum relinquent.

Illi illam.

Illi te virum.

Illi te feminam.

Illi me. comm.

Persona tertia fem. plural. cum affixis ſingularibns.

Nos illos.

Nos illas.

Nos vos viros.

Nos vos feminas

Participium, ſiue vt vocant Syri, , hoc eſt, tempus conſiſtens, ſiue præſens, ſimiliter Paul, non admittunt affixa pronomina, ſed ea poſt ſe habent, ſimiliter atque nomina. vt atq. ita in reliquis.

Imperatiuus num. ſingulari, cum affixis ſingularibus.

Perſ. ſecunda maſ. ſingul. cum affixis ſingularibus.

Tu vir illum.

Tu vir illam.

Tu vir me.

Perſona ſecund. fem. ſing. cum affixis ſingularibus.

Tu femina, illũ, illam, me.

Imperatiuus ſingularis cum affixis pluralis num.

Perſona ſecund. maſ. ſing. cum affixis pluralibus.

Tu vir illos relinque.

Tu vir illas.

Tu vir nos.

Perſona ſecund. fem. ſing. cum affixis pluralibus.

Tu fem. illos.

Tu fem. illas.

Tu fem. nos.

Imperatiuus pluralis cum affixis ſingularibus.

Perſona ſecunda maſ. plur. cum affixis ſingularibus.

Vos viri illũ relinquite.

Vos viri illam.

Vos viri me. cõ.

Imperatiuus pluralis cum affixis pluralis numeri.

Perſona ſecund. maſ. ſing. cum affixis pluralibus.

Vos viri, illos relinquite.

Vos viri illas.

Vos viri nos.

a Verba quæ terminantur Olaph aut Iud, formant ſua futura cum affixis ad hunc modum,

collocabit me. in Hiphil.

proiicies me.

paſcet me, in Cal.

paſcet eum.

abijcias eam.

obliniſcar tui, feminæ. cum Coph duro: quia Iud non quieſcit. Pſalm. 136.

reſpondebit uobis. Palmo 20.

ſeducet vos. Matth. 24. in Hiphil. atque ita in aliis. Eſt tamẽ interdum etiam tertia vocalis, vt in perfectis. vt

vocabimus eum. Pſalmo 20.

caſtigabis eum.

dimittet eã. Mat. 19

comparabo eam. Matth. 11.

b Pſalmo 38. obiin emendato pſalterio ſcriptum eſt:

notatur in margine alia lectio

per Vau in medio. at alterum, ni fallor, melius eſt.

Illæ me. cõmun.

Persona secunda maſ. plur. cum affixis numeri ſingul.

Vos viri illum.

Vos viri illam.

Vos viri me. cõ.

Persona secund. fem. plur. cum affixis numeri ſingul.

Vos feminæ illũ.

Vos feminæ illã.

Vos fem. me. cõ.

Prima perſona com. plural. cum affixis ſingularibus.

Nos illum.

Nos illam.

Nos te virum.

Nos te feminã.

Pronomina pluralia affixa ad verbum pluralis numeri.

Perſona tertia maſc. plur. cum affixis pluralis num.

Illi illos reliquerunt.

Illi illas.

Illi vos viros.

Illi vos feminas.

Illi nos. comm.

Perſona tertia fem. plural. cum affixis pluralibus.

Illæ illos.

Illæ illas.

Illæ vos viros.

Illæ vos feminas.

Illæ nos. cõmun.

Perſona ſecunda maſ. plur. cum affixis plural. num.

Vos viri illos.

Vos viri illas.

Vos viri nos.

Perſona ſecund. fem. plur. cum affixis plural. num.

Vos feminę illos

Vos fem. illas.

Vos fem. nos. cõ.

Perſona prima plur. num. cum affixis einſdem num.

Ille eas.

Ille vos viros.

Ille vos feminas.

Ille nos. cõmun.

Perſ. tertia fem. ſing. cum affixis pluralibus.

Illa eos reliquit.

Illa eas.

Illa vos viros.

Illa vos feminas.

Illa nos. cõmun.

Perſ. ſecund. maſc. ſingul. cum affixis pluralibus.

Tu vir illos reliquiſti.

Tu vir illas.

Tu vir nos. com.

Perſona ſecund. fem. ſing. cum affixis pluralibus.

Tu femina illos reliquiſti.

Tu fem. illas.

Tu femina nos.

Perſona prima ſing. com. cum affixis pluralibus.

cum Tau leni. Ego illos reliqui.

Ego illas.

cum Tau duro. Ego vos viros.

Ego vos feminas

Sequitur numerus pluralis verbi.

Pronomina ſingularia affixa ad verbum pluralis numeri.

Perſona tertia plur. maſc. cum affixis ſingularis nn.

Illi eum reliquerunt.

Illi eam.

Illi te virum.

Illi te feminam.

Illi me. com.

Perſona tertia fem. plural. cũ affixis num. ſingularis.

Illæ eum.

Illæ eam.

Illæ te virum.

Illæ te feminam.

Plurale

Tertia plur.maſ.

Tertia plur.fem.

2.p.m.

2.p.fc.

1.p.c.

Participium Paul.

3.ſ.m.

3.ſ.fc.

2.ſ.m.

2.ſ.f.

1.ſ.c.

Plurale.

3.p.m.

3.p.f.

2.p.m.

2.p.f.

1.p.c.

Imperatiuus modus

Singulariter.

2.ſ.m.

2.ſ.f.

Pluraliter

2.p.m.

2.p.f.

Futurum tempus.

Singulariter.

3.ſ.m.

3.ſ.f.

2.ſ.m.

2.ſ.f.

1.ſ.c.

Pluraliter.

3.p.m.

3.p.f.

2.p.m.

2.p.f.

1.p.c.

Modus infinitus.

Secundum hanc formam inflectuntur omnia verba perfecta per ſuos modos, tempora, & perſonas, ac numeros; in Kal.

EIVSDEM VERBI INFLEXIO PER omnes modos & tempora, cum affixis pronominibus.

Pronomina ſingularis num. cum verbis eiuſdem numeri.

a Perſona tertia maſc. ſing. cum affixis ſingularis numeri.

Reliquit eum ille.

Ille eam.

Ille te virum.

Ille te feminam.

Ille me. com.

b Perſ. tertia fem. ſingul. cum affixis ſingularibus.

cum Tau leni. Illa eum reliquit.

Illa eam.

Illa te virum.

Illa te feminam.

Illa me. commun.

c Perſona ſecunda maſc. ſingul. cum affixis ſingularibus.

cum Tau duro. Tu illum reliquiſti.

Tu illam.

Tu me. commun.

Perſ. ſecunda fem. ſingul. cum affixis ſingularibus.

Tu ſe. illũ reliquiſti

Tu fem. illam.

Tu fem. me. com.

d Perſ. prima ſingul. communis, cum affixis ſingularibus.

cum Tau duro. Ego illum reliqui.

Ego illam.

Ego te virum.

Ego te feminam.

Sequuntur affixa pronomina pluralia, ad verba numeri ſiugularis.

c Perſona tertia maſc. ſingul. cũ affixis pluralibus.

vel. Ille eos reliquit.

a Obſeruandæ ſunt vocales, quomodo aſſumptis aliis atq. aliis pronominibus, in diuerſa loca traijciantur. Effertur autem perſona tertia maſculina, in verbis, quorum vltima litera eſt Olaph, aut Iud, etiam hoc modo: pacauit me. Pſal. 18. à verbo in Piel. Et reſpondit ei. Pſal. 20. ab ſoluit eum. Matth. 18. & vocauit eũ ibid. vtrumq. in Cal. Sæpe tamen etiam per vocalẽ ſecũdam, vt perfecta veluti & jonauit eum. Luc. 14.

b Hæc perſona tertia gen. fem. ſingul. numeri, habet eũ quibuſuis pronominib. affixis Tau lene, ſiue aſpiratum, eóq. ferè diſcernitur à ſecunda & prima perſona, quæ cum affixis p̃ riſq. habent Tau durũ. Eſt ergo vocalis prima, quæ præcedit, longa. debétq Cuph legi tanquam per ſchena mobile Hebræorum.

c Notandum eſt, Pronomina primæ, aut ſecundæ perſonæ, non affigi verbis eiuſdem perſonæ, in vllo aut modo, aut tẽpore. Ceterùm hæc perſona ſecunda cum affixo pronomine tertiæ perſonæ formatur ferè ad hunc modum. viſitaſti eum. minuiſti eum: in Piel. præfeciſti eum. Pſalm. 8. in Hiphil. prohibuiſti eum. in Cal. exhilaraſti eũ, in Piel &c. Nam alioqui nihil differret à prima perſona, habente idem affixum. Eſt enim in vtraq. Tau litera dura.

d Etſi in hac prima perſona Tau ſit ſemper lene, quando nulla ſunt aſcita pronomina, tamen cum affixis ſit durum. atq. ideo ſæpe ſolum ſententiæ apto tenore diſcerni à ſecunda perſona poteſt.

e Pronomina tertiæ perſonæ numeri plural. rarò affiguntur ad verbi perſonas, ſed ſeparatim cum eis conſtruuntur potius, tam in ſingulari numero quàm plurali, in omnibus modis & temporibus.

porum differentia in ſolo modo finito habetur. Verùm quando hæc ſunt Syris cõmunia cum Hebræis, & Chaldæis; ſicut & cetera quoque, quæ verbis accidunt: veluti Numeri, Singularis, & Pluralis. Perſonæ tres. Genera, maſculinum & femininum. Deniq. pronomina affixa: non eſt quod in ipſis ſigillatim explicãdis operam aliquam conſumam; & cùm mihi, tũ lectori fruſtra moleſtus ſim. Quare hîc ſubiiciam exemplum declinationis verbi vnius perfecti; per omnes modos, tempora, perſonas. deinde alterum exemplum annexorum quibuſuis verbi caſibus Pronominum. Pòſt addam monita quædam, quibus opus eſſe putabo ad dirigendam lectoris obſeruationem. Deniq. oſtẽdam breuiter ceterarũ quoq. inflexionũ, Piel, Hiphil, Hithpael rationem. Poſtremò de verbis, quæ Imperfecta vocantur, ordine diſſeram. ac tum demum à Verbo progrediar ad ceteras orationis partes; ſi volet Deus.

EXEMPLVM VARIANDI VERBI PERFECTI ܩܛܰܠ INFLEXIONE KAL, PER OMNES SVOS CASVS.

ܩܛܰܠ ܒܢܝܢ

Præteritum numero ſingulari.

ܩܛܰܠ ܗܘ	Tertia ſing. maſc.
ܩܛܰܠ ܗܝ	Tertia ſing. fem.
ܩܛܰܠ ܐܢܬ	Secunda ſing. maſc.
ܩܛܰܠ ܐܢܬ ܗ	Secunda ſing. fem.
ܩܛܰܠ ܐܢܐ	Prima ſing. cõmun.

Plurale præteriti ܩܛܰܠ ܢ.

ܩܛܰܠ ܗܢ	Tertia plural. maſ.
ܩܛܰܠ ܢ ܗ & ܩܛܰܠ ܗ	Tertia plur. fem.
ܩܛܰܠ ܬܘܢ	Secunda plur. maſ.
ܩܛܰܠ ܬܝܢ	Secunda plur. fem.
ܩܛܰܠ ܢ & ܩܛܰܠ ܢ ܐ	Prima plur. com.

Præſens ܩܛܰܠ ܩܳܛܶܠ, ſiue Benoni.

ܩܛܰܠ ܩܳܛܶܠ ܗܘ &c.	Tertia ſing. maſ.
ܩܛܰܠ ܩܳܛܠܳ vel ܩܛܰܠ ܩܳܛܠ	Tertia ſing. fem.
ܩܛܰܠ ܐܢܬ & ܩܛܰܠ ܐܢܬ	Secunda ſing. maſ.
ܩܛܰܠ ܐܢܬ ܗ & ܩܛܰܠ ܐܢܬ ܗ	Secunda ſing. fe.
ܩܛܰܠ ܐܢܐ	Prima ſing. com.

Plurale quarta quieſcens. vt ܩܡ ſtetit; ܩܘܡ poſuit. Inſuper alia habent vel Olaph, vel Iud vltimo loco. Eæ enim literę tum mutantur interdum in alias literas; interdum excidunt. vt ܩܪܳܐ vocauit; ܚܙܳܐ vidit, &c. Deniq. ſunt nonnulla, quæ iſtarũ talium literarum plures cùm habeant, pluribus etiam modis imperfecta ſunt. vt ܩܛܰܠ oppreſſit. Habet enim initio Nun, in fine Olaph. ܢܦܰܩ profeſſus eſt; cuius prima litera eſt Iud, poſtrema Olaph. ܐܬܳܐ venit. quod verbum vtrimq. Olaph habet. Poſtremò, ſunt, quæ cùm duas poſteriores literas habent geminas, interdum altera multãtur. vt ܟܕܰܪ humilis fuit; ܫܪܪ certum, fixumq., & verũ fuit. His omnibus addi poſſunt ea verba, quæ plura quàm tria habent poſitionis elemẽta. vt ܗܰܬܰܟ feſtinauit. Et quæ quadrata à Iudæis vocantur, vt ܐܬܰܪ exaltauit; ܡܟܟ exacerbauit, &c. Summa eſt; apud Syros ſimiliter atq. apud Hebræos diuerſorum eſſe ordinum verba; pro literarum, ex quibus compoſita ſunt, natura.

DE VERBORVM INFLEXIONIBVS.

PORRÒ vt apud Chaldæos, ita & Syros, quadruplex eſt verborum per caſus mutandorum obſeruata forma. Nos nomina ab Hebræorum Grammaticis mutuabimur. quæ ſunt Kal, Piel, Hiphil, & Hithpael. Harum prima eſt propria abſolutæ, vt vocant, ſignificationis: proximæ duæ ſunt actionibus dicatæ: quarta ſola habet patiendi verba. Ceterùm nos hanc quartã vnam facimus; quamuis pro punctorum ratione ſępè quidem à Kal; interdum autem à Piel; nonnumquam etiam ab Hiphil ducatur: ne nõ neceſſariis ſubtilitatibus rem inuoluamus.

DE MODIS, ET TEMPORIBVS, ET ALIIS ACCIDENTIBVS.

MODOS quoque, & tempora, tot habent Syri, quot Hebræi Chaldæiq.: Modum finitum videlicet, ſiue Indicatiuum; Mandatiuum, & Infinitũ, ſiue Gerundi, vt vocant. Tempora verò, Præteritũ, Præſens, & Futurum. Quamquam præſens tempus Participium verius eſt, vt etiam apud Hebræos, & Chaldæos. Sed iſta tem

ctiones,& Interiectiones. Nos in ſingulis ea dumtaxat attingemus, & quaſi curſim arripiemus,quorum ſingulariter monendum eſſe lectorem putabimus,Hebraicis Chaldaiciſque præceptionibus antè ſatis eruditum, & inſtructum. Et primò quidem de Verbis dicemus : quorum, vt eſt, propter maximè varias declinationes, difficilior,quàm reliquarum partium cognitio,ita eſt ad intelligendos ſcriptores maximè neceſſaria.

De Verbo, sive ܦܥܠܐ.

Igitvr Verborũ non pauciores ſunt varietates apud Syros, cùm ex ipſis vocalibus,tum ex poſitionum elementis natę, quàm apud Hebræos. Quædã enim primam vocalem, quædam ſecundam,nonnulla tertiam, plurima nullam habent in prima ſyllaba. Loquor de ipſa ſimplici verborum poſitione, quæ ferè in Kal cernitur. Tum ſecunda quoq. ipſorum ſyllaba in aliis alia effertur vocali. Exempla ſunt; vt pauca adiungam ; ܝܗܒ dedit; ܥܒܕ fecit ; ܫܦܪ pulcher fuit, placuit; ܫܬܩ tacuit; ܪܟܒ equitauit; ܝܠܕ peperit; ܝܬܒ ſedit; ܢܫܟ oblitus eſt; ܚܕܐ lætatus eſt; ܫܒܩ reliquit; ܛܥܡ guſtauit, &c. Sed iſta varietas; cuius ratio partim, vt eſt veroſimile, poſita in eo eſt, quòd quædam literæ vocales quaſdam præ aliis ament; partim ſolo vſu loquendi conſtat; iſta, inquam, varietas lectione obſeruari debet, certis enim præceptionum legibus conſtringi vniuersè non poteſt. Rurſus Verborum alia ſunt perfecta: in quibus poſitionis elementa nulla variatione excidunt; quæ elementa, vt apud Hebræos, terna ſunt. Alia imperfecta. Atq. hæc rurſus multifariam diuiduntur. Quædam enim imperfecta primum poſitionis elementum habent literam Nun: quam interdũ amittunt. vt ܝܗܒ dedit; ܢܣܒ accepit; ܢܛܪ cuſtodiuit. Alia ſunt,quorũ prima litera eſt Olaph, aut Iud. Nam iſtæ literæ quoq. non rarò aut abiiciuntur, aut in alias mutantur; dum per alia atq. alia tempora, modoſque verba inflectuntur. Exempla ſunt. ܝܬܒ ſedit ; ܐܡܪ dixit. Ad hæc, alia ſunt quorum poſitionis elementum medium eſt litera Vau in vocali quarta

Diuiſio verborum imperfectorũ.

querunt eum. Sed hîc Vau eſt numeri nota. Et in numero ſingulari aſcita litera Iud per vocalẽ tertiam. vt ܢܒܨܝܗ perficiet eum, Heb. 11. ܐܬܩܝܡ confirmabo eum. In verbis autem quorũ poſtrema poſitionis litera eſt Olaph, aut Iud,ſæpè auditur vocalis ſecũda loco tertiæ; vt ܐܬܝܒ reſpõdebo ei; ܐܦܨ liberabo eum. Eſt tamen etiam in his interdum vocalis tertia, vt ܐܨܒ vocabo eum. ܪܚܝܩ reprobabit eum. Leguntur autem iſta tanquam per diphthõgum, iu; planè vt politiores Iudæi, non admodũ diſſimile pronomen proferunt, cùm dicunt, ܐܒܝܘ, pater eius.

Porrò ei pronomini quod modò expoſui, pænè geminum eſt, ܗ. Nam & ܗ hoc plane eandem perſonam repręſentat, ſed in verbis modò; & ferè cum vocali quarta. vt ܚܘܠܬܗ, minuiſti eum: ܫܒܩܬܗ reliquiſtis eũ, ܫܒܩܢܗ reliquimus eum, ܫܒܩܗ relinque eum, &c. Interdũ etiam tertia, vt in verbis feminini generis. veluti ܫܒܩܝܗ relinque eum, tu mulier.

De, ܕ, quod eſt pronomen ſecundæ perſonæ, generis feminini, diximus,cùm de litera Iud ageremus. ܕ

At ܗ, hoc eſt, Iud cum Nun, ſæpius Verborum, & Participiorum terminatio eſt apud Syros,quàm Nominũ. Et in Verbis quidẽ ferè eſt gen. fem. inſigne; ſicut ܐ, maſculini. In Participiis autẽ,& pluralis numeri perpetuò,& generis maſculini plerumq. nota eſt. Terminat tamen nõ numquam etiam Nomina numero plurali, vt apud Chaldæos. Non adiungo exẽpla; quæ ſatis multa in variandi Verbi tabula, & cùm deinde agemus de Nominibus, occurrent. Et hactenus de ſyllabis ſeruilibus. Nam ſi quæ ſunt à nobis præteritæ, eæ aut à Chaldæorum ſyllabis nõ ſunt diuerſæ; aut ſunt in numero Pronominum, quæ verbis nominibuſq. annectuntur. Hæc autem ſuo loco ponentur in tabulis ante oculos.

De partibvs orationis.

Partes orationis habent Syri eaſdẽ, quas aliæ gentes: Nomina, Pronomina, Verba, Aduerbia, Præpoſitiones, Coniũ-

bræos ܝ, & recipit pronomina affixa, planè ea forma qua nominibus maſculinis apponi illa ſolent numero plurali. vt, ܐܢܚܢܐ eſt ille. ܐܢܚܢ ſumus nos, &c.

Porrò ܠܝ . ܢܝ . ܘܢ . ܘܬ . ܘܢ . ܢ . ܬ quibus fungantur officiis, cùm ex Munſteri Chaldaicæ linguę Grammatica, tum ex ipſa inflectendi verbi formula, quæ dabitur cum affixis pronominibus, facilè quiuis animaduertat.

ܢ, Nan, autem finis eſt primæ perſonæ numeri pluralis in verbis præteriti tẽporis. vt ܩܛܠܢ reliquimus. Sæpè tamen vnicũ Nun idem efficit, vt ܩܛܠ. Et omnino tale ferè eſt Syrorum, ܢ, quale Chaldæorum ܢܐ. qua ſyllaba Syri non in verbis, ſed in nominum formis vtuntur. 2

ܢܝ, Ni, prorſus vt apud Hebræos, & Chaldæos; ita apud Syros, pronomen eſt primæ perſonæ numero ſingulari: ſed quòd verbis affigitur, non etiam nominibus. Id autem dum vſurpant Syri; quos ego certè audiui: audiui autem ſolos duos literis eruditos viros, Moſen Mardenum; ſiue, vt ipſe vocari volebat, Antiochenũ; cùm eſſet Patriarchæ Antiocheni legatus; & Sullacam Seleucenum, ſiue Mozallanum: dum, inquam, Syri vſurpant hoc pronomen, ſic ipſum efferunt, vt omnino nullam literæ Iud habeant rationẽ. Nam quamuis ſcribendo exprimant, ܥܒܕܢܝ, fecit me, legunt tamen ܥܒܕ. Atque ea eſt cauſa cur haud ferè vlla vocalis apposita ad hanc ſyllabam videatur. 3 Vau.

ܬ, To, in Nominum finibus, apud Syros, creberrimè auditur. quæ pleraque ſunt feminini generis; vt maſculini, quæ ܢ, No, terminantur.

ܗܘ, & interdũ ܐ, nonnunquã etiã ܗܝ, pronomen eſt maſculinum, tertiæ perſonæ, numeri ſingul. quod annectitur non ſolùm nominibus, præſertim pluralis numeri; ſed etiam verbis. Et nominibus quidem hoc modo, ܥܝܢܘܗܝ oculi eius: ܒܪܬܗ, pupillæ eius. Atq. iſta nõ aliter leguntur à Syris, quàm à Iudæis eiuſdem notionis pronomina, quę ipſi per Iud Vau formant, cùm dicũt ܕܒܪܘܗܝ. verba eius: ܫܢܘܗܝ, dentes eius, &c. Neq. igitur He, neq. Iud in illo pronomine auditur. In verbis autem ad hunc modum, ܩܛܠܗ, reliquerunt

Sicut autem Hebræi literam Nun ſæpè è mediis dictionibus abiiciunt, & puncto Dagges, abſentem repræſentant; quòd ea gens literæ huius ſonum in mediis verbis, quodam naturæ inſtinctu fugiat; ita Syri quoq. non id ſolum faciunt, ſed adſcriptam expreſſamq. etiam ſæpe nõ pronunciant. Quamuis enim in hoc nomine ܒܪܬܐ, femina, Nun expreſsè ſcribitur, tamen à lectore prorſus omittitur; è cuius ore nihil niſi, Atto, audis. Similiter pronomen ܐܢܬ, &, ܐܢܬܝ, Tu, ſemper quaſi, Att, ſit ſcriptum, ita legitur à Syris: habetq. in iſtis Tau; in libris certè emendatis; perpetuò Kuſoi, quo veluti geminatur. Nota.

Deniq. litera Tau è verbis nomina formatur, ſicut apud Chaldæos, vt multis exẽplis oſtendemus, cùm agemus de Nominibus. Eſt præterea perſonarum variandarum nota celeberrima in Verbis, cùm in principio, tum in fine poſita. Sed ne iſta mihi ſint longa oratione exponenda, prę-ſcribendaque; iubeo quemq. ſibi ex verborum formula hæc obſeruare, atque animaduertere. Neq. enim eiuſmodi prę-ceptiones, niſi poſito ob oculos exemplo, aut facilè percipiuntur, aut retinentur etiam. Neque cùm ipſum exemplum intueris, deſiderare prę-cepta magnoperè potes. Et ſi quid erit, quod lector poſſit requirere, id mox poſt propoſitã variandi per caſus verbi formulã à me indicabitur vtilius. Quare hoc vnũ de literis Olaph, Vau, & Iud, vniuersè addam; eas ſæpe inter ſe cõmutari, ſimiliter atq. apud Hebræos, & etiam quieſcere in vocalibus. Tau. Literæ inter ſe commutantur.

De syllabis servilibvs.

Nvnc paucis quaſdam literarũ complexiones, & ſyllabas; quæ ipſæ quoque ſeruiles ſunt; exponam. Igitur ſyllaba ܐ ܐ præpoſita verbis, eſt nota inflexionis verborum eius, quam cum Iudæis, Hithpael, nominabimus. Quod munus apud Chaldæos quoque efficit, ſed cum vocali tertia; cùm apud Syros habeat ſecundam. Syllaba, ܐܬ, appoſita ad finem nominum adiectiuorum, facit aduerbia, vt dicturi ſumus fuſius ſuo loco. Ceteroqui vſurpatur pro verbo ſubſtantiuo: ſicut apud He-

næ masculini generis nota est, habeat plerumq. ante se vocalem quartam. vt ܫܡܟ nomen tuum, ܡܠܟܘܬܟ regnum tuum, ܐܨܒܥܝܟ digiti tui. verùm in iis nominibus numeri pluralis, quæ forma masculina variantur, solet habere vocalem primam ante se: vt ܡܠܟܐ reges tui, viri. ܦܥܠܝ opera tua &c. At cùm repræsentat secundam personam generis feminini, addita est ei litera Iud, vt nuper ostendebamus exemplo, in litera Iud.

Lomad. Lomad quoq. sic apud Syros seruit, vt apud Hebræos, & Chaldæos: habetque eas ferè vocales, quas seruile Dolath. Non efficit tamen apud Syros gerundi modũ, nisi cum litera Mim. nimirum quia hæc litera nunquam ab Infinito verbo abest. Neq. verò est solũ dandi casus, sed æquè accusandi nota Syris, quippe qui particula, ܠ, Chaldæorum more, numquam vtantur.

Mim. Mim apud Syros plerumque cum suo Nun seorsim scribitur, cùm est præpositio. raroq. adhæret: quod apud Hebræos fit creberrimè. Et in verbis cuiusuis inflexionis format modum infinitum. atque etiam participia, si hîc primam inflectendi verbi formam, quam Kal vocamus, excipias. Multa etiam nomina à verbis ducta, hanc habent in initio literam; sicut etiam apud Hebræos.

Nun. Nun, vt nuper dicebamus, est Syris in earum literarum numero, quæ præpositæ, futurum tempus formant, in aliis, atq. aliis personis. Sæpè etiam terminat verborum pluralem numerum: in præterito quidem tempore, primas & secundas personas: in modo mandatiuo secundas; sed quæ sæpe etiam absq. Nun enunciantur. In futuris autem, secundas, & tertias vtriusque generis; sed hîc in masculinis ferè habet vocalem quintam ante se: in femininis verò, quartam. Sed ista ex formula verbi variandi, quam adscribam; & insuper multa lectione quiuis facilè in sua memoria inscripserit. Est etiam hæc litera in dictionum finibus sæpè nota pronominis primæ personæ numeri pluralis; sicut Iud numeri singularis. Sed hoc munus, & nonnulla alia, ex Hebræorum, & Chaldæorum præceptis satis nota sunt.

Grammatici. Sæpè etiam, κατὰ παραγωγὴν, additur verbis modi Infiniti. vt ܡܣܒܪ, sperando, Psal. XL. ܡܥܕܕ baptizare, ܡܟܪܙ prædicare, concionari, 1. Corinth. 1. Variæ etiam Nominũ species ascita sibi hac litera ducuntur à verbis: nec pauca etiam ex ea componuntur pronomina, quæ affixa vocamus. Sed ista omnia præceptis includere longum, & operosum esset. facilius autem exemplis, suo quoque loco, propositis, intelligentur.

Iud apud Syros numquam efficit ter- Iud.
tias personas in futuris, vt apud Hebræos, & Chaldæos. sed in eius locum subit litera Nun. Ceterùm ad fines verborũ apposita, vnà cum litera Tau, in præteritis, ostendit secũdam personam singularem, generis feminini. at fine Tau est nota tertiæ personæ pluralis numeri, eiusdem generis. hîc tamen nonnumquam post Iud etiam Nun apponitur. Rursus cum Tau in participiis efficit interdum secundam personam femininam, numeri singularis. Insuper in modis imperandi, format, fine Tau, personam secundam generis feminini, in vtroq. numero. Deniq. in futuris est nota tertiæ personæ generis feminini, numeri singularis ad finem appositæ, quamquam sæpè illic omittitur, vt alibi ostendemus. Non adiungo exempla; ne Typographo sine causa sim molestus. Possunt enim facillimè peti ex inflectendorum verborum formula, quæ ponetur ante oculos. Porrò creberrimè est pronomen primæ personæ, dictionum finibus adhærens: nisi habeat ante se literã Coph seruilem. Cum hac enim repræsentat secundam personam generis feminini; vix tamen eius vlla vox auditur. Nam Syri, cùm dicunt ܒܛܢܟ venter tuus, ô femina; nihil nisi Carsech dicere videntur. Sæpè etiam pro Olaph, aut Vau ponitur: vt in Verborum imperfectorum tractatione ostendetur. Postremò asciscitur ad quasdam nominum species formandas; quæ ostendentur suo loco.

Rursus literam Coph iisdem ferè præficiunt muneribus Syri, quibus Hebræi, Chaldæiq. suum Caph. Estq. hoc apud illos vsitatum, vt cùm secundæ perso- Coph.

ardentes. hoc est, tales quæ arderent. Et Psal. XVIII. deprimes eos, qui insurgunt; aut qui stant, contra me. Habet autem Dolath seruile apud Syros libenter vocalem primam, si verbi, cui præponitur, litera prima nulla insignita vocali erat. vt Psal. VIII. quia viderunt. & mox , quia recordatus es eius. Sæpè etiam ad se rapit vocalem, quam alioqui habebat ea litera, cui præponitur; præsertim si hæc sit aut Olaph, aut Iud. vt quæ sum mulier Samaritana, Ioan. IV. cùm venerit Messias. ibidem. Similiter , vt quomodo; , vt etiã. &c. Ceteroqui exiliter pronunciatur, & raptim; perinde atq. si Hebræorum ei Scheua esset subscriptũ: cuius tamẽ nota Syri nulla vtũtur. Nam cùm dicunt . Mons Cyri (est id in Persida celebris loci nomen) ita pronunciant raptim illud Dolath Syri, vt præcedenti videatur hærere dictioni: dicereq. eos putes Turodh Chores. & hæc vocalium ratio ei communis est cum pleriſq. aliis literis seruilibus.

Litera He apud Syros numquam seruit in dictionum principiis, sed in fine. repræsentatq. pronomina tertiæ personæ, numeri singularis; interdũ quidẽ masculina; interdum verò feminina. Habet autem cùm feminarũ est, perpetuò apicem in vertice; & plerumq. vocalem quartam ante se, vt lingua eius, feminæ. Sæpe tamen etiam alias vocales, præsertim quando aut Verbis; aut Nominibus numeri pluralis adhæret, vt fines eius, nempe terræ. reliquerunt eam. At quando est pronominum masculinorum nota, tum illiusmodi apice caret; & loco quartæ vocalis ferè secunda scribitur. vt cor eius, viri. lex eius, Dei.

Litera Vau, Syris est Coniunctio, vt Hebræis, Chaldæisque. vocalibus autem iis vtitur, quibus Dolath. vt & venit, & sedit, Ioan. IV. & si, & etiam, & viderunt. &c. Ceteroqui seruit multifariam in verbis ad alias personas, aliosq. numeros formandos; tempus tamen non mutat; vt apud Hebræos illud Vau quod הפוך nominant istorum Gram-

In hac autẽ tractatione eò erimus breuiores, quòd plerarumq. eadem munera atq. officia sint propria apud Syros, quibus apud Hebræos Chaldæosq. eædem literę fungũtur. Cùm enim de Hebraicis multi; de Chaldaicis Sebastianus Munsterus diligenter scripserit; si nos eadem compilarem⁹, nihil aliud quàm ocio abuteremur; quo sanè minimè abundamus. Habet autem in seruilium numero primum locum Olaph. De cuius officiis hoc vniuersè dicam; eadem esse prorsus omnia, quę Chaldaico Olaph sunt à Munstero assignata. Est autem insuper sæpè loco Vau, aut Iud positum. Interdũ etiam in mediis dictionibus superuacaneum esse videtur, & ad pronunciationem modò pertinere. Illorũ exempla se offerent satis multa, cùm de verbis imperfectis agemus. Huius adscribam vnũ. Legimus Psal. XXII. viderunt me. Hîc Olaph, quod cernitur, non est, opinor, positionis Olaph: id enim mutatum esse videtur in prius Vau. sed est clarioris vocis gratia ascitum. Si quis tamen positionis Olaph esse malit existimare, non contendã contrà. Neq. verò de Syrorum Beth quoq. aliud, quod dicã, habeo, quàm quod Hebræi, Chaldęiq. de suo Beth prodiderunt: esse videlicet præpositionem, in, cum, aduersus, contra, &c. neq. alibi quàm in dictionum principiis seruire. Syri tamen, quod equidem meminerim, eo nõ vtuntur ad formandũ gerundi verbum: quod Hebræi sæpe faciunt. Porrò Dolath multis in locis, & variis modis seruit: sed planè vt Chaldęorum Daleth. Quare nihil necesse est ea repetere, quæ sunt à Munstero satis exposita. Illud ergo monebo modò, hãc literam apud Syros sæpè quasi superuacaneam pręponi verbis. vt Psal. II. diſrũpamus. Et eodem Psalmo narrabit. in quibus locis, & eiusmodi aliis, eam ferè vim habet, quam Græcorum ὅτι. qua vocula hi quoq. sæpè sic vtũtur, vt ociosa videri possit: quamquam non est prorsus ociosa; sed ferè quorundam hominũ certa verba, aut facta narrari ostendit. Admittit autem hæc litera seruilis, vt etiam apud Chaldæos, alias sæpè ante se seruiles literas. vt Psalmo VII. fecit sagittas suas

Olaph.

Beth.

Dolath.

appoſitis, non ſatis poſſunt diſcerni, adhibuerunt Syri certa pũcta. Tertiis enim & ſecundis perſonis ſubiiciunt punctũ: In prima autem ſuprà locant. In tertiis verò feminini generis, ſiniſtrũ etiã latus literæ inſigniunt puncto. vt, ﻋﺠﺼ, reliquit vir, ﻋﺠﺼ reliquit femina. ﻋﺠﺼ reliquiſti, ﻋﺠﺼ reliqui ego, Rurſus quia participium, ſiue Benoni, ſcriptura nihil differt à tertia perſona præteriti, collocant ad ſiniſtrũ latus primæ literæ eius poſitionis perpetuò punctũ: quod ſignũ ſit eiuſmodi. vt ﻋﺼ, relinquens. ﺍﻤﺭ dicens, ſiue dicit Maria ad Angelũ. Luc. 1. Sed iſta erunt explicanda rurſus, cùm de verbis agetur. Porrò ad hunc modum in aliis etiam multis dictionibus ambiguitas punctis adſcriptis tollitur, vt ﺤﺼﻭ, ſi ſupra Beth locetur apiculus, ſignificat opus; ſi infrà, ſeruũ. ﻭﺍ, ſi ſuprà eſt apex, pronuncias ﻭﺍ Hau, eſtq. ac ſi dicas, ille: ſin ſubter, dicis ﻭﺍ Hu, & ſignificat ipſe. ﺍﻴﺩ ſignificat manum, efferturq. Idho. at ﺍﻴﺩ pronomen eſt femininum; ea, vel quæ. ſonatq. aido. Rurſus ﻭﺍ, ſi habet ſubter punctum, legitur Hi, per i, longum: ſin ſuprà, Hoi. eſtq. illud, ipſa; hoc verò, illa.

Sᴠᴍᴍᴀ eſt, in huiuſcemodi vocabulis puncta quæ ſuprà ſcribuntur, plerumque ſunt indicia vocalis primæ aut quartæ; quæ verò ſubter, ſecũdæ aut tertiæ; & aliquando quintæ, ſi eo loco eſt litera Vau. Nam ſine hac rarò vſurpatur quinta vocalis. aliquando verò ſignificant eam literam ſub qua ponũtur, eſſe finem ſyllabæ, vt Scheua quieſcens Hebręorũ, & Giſme Arabum, quod tamen ſuprà ſcribitur. vt ﻴﻭﻜﺍ fraus, Pſalm. xxxv. ﻤﻠﻜﺍ Rex, ﺤﺒﻭﺍ ſeruus, &c. Sed iſta non debent ad Verba accommodari. in iis enim alia ratione perſonas diſtinguunt, vt modò dicebam. Et de Syricis punctis hactenus.

De literarvm servilivm officiis.

Nᴠɴᴄ reſtat vt de literis, quas Seruiles vocari dicebamus, ſigillatim, quibus eæ fungantur officiis, explicemus, cùm ſunt aſcitæ ad alienas poſitiones. Sæpe enim non ſunt ſeruiles, ſed elementa ſuarum poſitionũ; ſimiliter atq. ceteræ literę. In hac

centur explicatius. Deniq. eſt hoc ſæpè apud Syros inſigne ſecundæ perſonæ maſculini generis, vtriuſq. numeri, in modo mandatiuo, formæ Hithpael; cùm ſub medio poſitionis elemento locatur. vt Pſalmo xxxi. ﺍﻟﻤﻨﻌﻠﻩ, eſtote fortes. Pſalm. xxxii. ﺍﻟﺘﻬﻨﻌﻠﻩ oblectate vos. Pſal. xxxv. ﺍﻟﺘﻀﻌﻩ pugna. Pſ. l. ﺍﻟﺘﻀﻨﻌﻩ congregamini. Act. xiii. ﺍﻭﺘﻭﻩ animaduertite. Sed in multis hæc exempla ſufficiant. Ratio autem in illiuſmodi mãdatiuis verbis vſurpandi eius ſigni eſt; quãtum coniicio; vt eo à verbis finitis ſecernantur, à quibus alioqui nihil differunt. Et hæc de virgula, quæ ſub literis ſcripta reperitur.

De pvnctis nvmeri plvralis.

Qᴠɪᴀ porrò apud Syros pluralis numerus nominum ſæpè nulla caſus, ſiue terminationis variatione, aut literarum certè mutatione à ſingulari diuerſus eſt; vſus recepit, vt in illo bina puncta ſupra dictiones, pari altitudine ſcriberentur. vt ﺜﻭﺭ bos: ﺜﻭﺭ boues. ﻓﺩﻭ figulus: ﻓﺩﻭ figuli. ﻋﻨﻘﺍ auis: ﻋﻨﻘﺍ aues. Quòd ſi fortè in eo nomine litera Riſch fuerit, quę perpetuò, vt diximus, ſuum in capite apicem habet; eius tũ apiculus plerumq. pro altero pluralis numeri apice vſurpatur; vt in omnibus, quæ ante oculos poſui, exẽplis factum eſſe vides. Et in Nominibus quidem hoc numeri plurium inſigne perpetuò cernitur. at in Verbis parciſſimè: Nimirum quia in his ipſa inflexionis variatio numerorum diuerſitatem ſatis per ſe prodit. Quapropter vix vſquã puncta iſta gemina videas in Verbis, niſi in ſecũdis, & tertiis perſonis, generis feminini; & in participiis femininis: quia iſta nominibus ſunt ſimilia. vt ﻋﻀﻭ reliquerũt feminæ, ﻋﻀﻴ reliquiſtis feminę, ﻴﻌﻀﻭ relinquent feminæ, &c. Sed exẽplorum ſatis eſt. Habet enim iſta res cognitionẽ facillimam, & in tabulis inflexionum proponetur.

De pvnctis, qvæ temporvm personarvmq. svnt signa, et de aliis vniverse.

Qᴠɪᴀ autem in præteritis verborum numero ſingulari, perſonæ, niſi vocalibus

ximũ eſt, vt de eo puncto pauca dicamus, quod plerumq. in bonis certè libris, apud literam Vau, aut ſuprà, aut ſubter ſcriptũ habetur. Igitur cùm ſub ea litera poſitum eſt punctũ, vocalis quinta; quæ tum perpetuò illic loci auditur, longa eſt; appellaturq. حوِيا أوعصا, hoc eſt, u longum; vt صُمد ſurge. Sin aũt apicul⁹ verticẽ eius literæ inſedit, vocalis eſt breuis, diciturq. حوِيا حنِيا, hoc eſt, v breue. vt حُمد, intra, introi. At cùm Vau non habet quintam vocalem, neq. ſilet, ſed cum aliis vocalibus conſonat, tum nullo eiuſmodi puncto inſignita eſt. Verùm quando iſte apex ad pronunciationis elegantiam tantummodò pertinet, non magna eſt in eo, aut ignorato, aut omiſſo, iactura.

De virgvla svb qvibvsdam litfris scripta.

Vt ne q. illarũ notarũ ignoratio admodũ damnoſa fuerit, quas ٱلزُّحلية صلاة تنقُّط Syri appellant; quia illarum literarum propria vox, ſub quibus eæ notæ ſcriptæ cernuntur, occultatur, obuelaturq.; dum dictio illa pronunciatur: non quidẽ certa, aut magna aliqua ratione, ſed tacita conſenſione gentis, & vſu. vt in verbo حِصِو, quod recordari ſignificat, in emendatiſſimis libris perpetuò virgula ſub litera, Ae, ducta videtur, vt intelligamus tam ſuauiter eam, aut exiliter potius, pronunciandã eſſe, vt vix audiẽdi ſenſu queat percipi. Idem fit in nomine حِصوِما, memoria, atq. aliis dictionibus ab illa poſitione formatis. Similiter in إِنِيمَا, in إِنِينَا, in إِنَاسَا, in إِنْقَا, homines: in إِيمَا myſterium: in aliis quibuſdã verbis, iiſq. ferè vſitatiſſimis. ſic enim illa dicuntur, vt audias, Rozo, Noſe, Datho, Harino, Haroio, &c. Sed ego neq. annumerare omnia poſſum, neq. admodum opus eſt, quãdo iſtam linguam nos diſcimus, vt bonos ſcriptores oculis, atq. intelligentia audiamus magis, quàm auribus. Vtuntur autẽ Syri hac etiam nota, qui emendatiſſimè ſcribunt, in quibuſdam pronominibus, quæ dimidiata proferunt, vt عِجص إنا ego relinquo. Sic enim hoc Syri dicunt, vt Souekno audias. Et عُحمَا, pulchrũ eſt, dicunt Scappiru. Sed iſta ſuo loco dicentur

deſtituuntur, vt etiam Latini. Et proinde difficile eſt apud iſtos lõgas vocales à breuibus diſcernere. Eſt tamen eius rei ratio poſita, quantum coniicio, ſicut apud Hebræos in נַח נִרְאָה & נַח נִסְתָּר, vt horũ Grammatici loquuntur, hoc eſt, in literis aut apertè, aut tectè quieſcentibus. Vt illæ breues ſint vocales, quarum ſonus ilicò à conſonantis literæ ſono exſtinguitur, & cum eo confunditur. Longæ verò, quarũ voces aut apertè, aut tectè à literis, quæ matres vocantur, hoc eſt, ab Olaph, Vau, aut Iud, veluti ſuſtinentur, diuq. reſonãt. verbi gratia, Cùm dico إِلِّي, illi, e eſt longũ, u eſt breue. Illius enim ſonus à nulla conſonante impeditus, longiore durat tempore. Huius ilico cum inſequentis literæ, Nun, voce confunditur. Sic cùm dico, إِيدَا manus, & i, & o, longæ ſunt. alterius enim vox à Iud, alterius ab Olaph ſuſtentatur, cùm illę literę prorſus ſileant; ſiue, vt Iudæi loquuntur, quieſcãt. At in إِمكَا, præſidium, ſiue fortitudo, i, eſt breuis, neq. litera Iud ſilet, ſed conſonat cum vocali o, quæ ei eſt adſcripta. Nõ poſſe tamẽ vſquequaq. vocalium longitudinem breuitatemq. apud Syros iis regulis, quæ ſunt ab Hebræis de נַח נִרְאָה, & נַח נִסְתָּר, præſcriptæ, iudicari, certum eſt. Verùm nõ potuit mihi meus doctor, quãuis ſæpe multumq. rogatus, vllam iſtarũ rerum explicare rationem certiorẽ, quàm vt diceret, in Grammatica definitas eſſe de iis leges. Sed Grammaticam neq. ipſe memoriter tenebat, neque librum quem ex Aſſyria aſportarat, apud ſe habebat; reliquerat enim Venetiis. Quare nos illiuſmodi ſubtilibus magis, quàm neceſſariis artis præceptis æquo animo careamus, tãtiſper, dum alicunde ea, quam ille dicebat, Grammatica peruulgetur, edaturq. in lucem. Sed de Kuſoi & Ruchoch hactenus ea breuiter à nobis dicta ſunt, quæ plurimum fieri ſolent. Neque enim priuilegia in his elementis perſequi poſſumus. Nunc ad alia progredimur puncta.

De pvnctis literæ Vav.

Qvando autem ſuperiorum punctorum tractatione in vocalium longarũ breuiumq. mentionem incidimus, pro-

gere. Quamuis igitur istæ cùm duritiei, tum mollitudinis notæ nõ perpetuò literis, quibus deberent, apponantur; vt sanè apponi rarò solent, nisi si qua est ambiguitas explicanda; tamen qui causas ipsas, quas modò expossui, intelliget, is nõ magnopere illas notas vbiq. desiderabit. Sed iis, quæ modò dixi, hoc quoq. addendum est; istam duritatis notã, siue Kusoi, interdum has ipsas literas non solùm duriore pronunciatione premere, sed geminare etiam; similiter atq. Hebræorũ Dagges. Fit autem hoc, vel ad ostendendam inflexionis formam, vt Psalmo CXXIII. מכֻּדָּבִים Mergentes, litera Beth duro signatã puncto est, & veluti geminata pronunciatur; quo intelligamus ad secũdam inflectendorũ verborũ formulã, quæ Piel vocatur, hoc verbum pertinere; & proinde actionem significare. Vel ad repręsentandam literã quæ omissa est. veluti cùm à positione, לֹא facimus futurum, לֹא dabo. habet litera Vau in vertice punctũ duritatis, efferturque vt gemina; propter positionis literam Nun, quæ omissa est. Rursus cùm vineam vocamus כֶּרֶם Tau durum est, & vt geminum auditur. quia etiam hîc desideratur Nun. integra enim positio est כֶּנֶם deniq. in nomine, חָדָשׁ Noua, Tau geminatur per Kusoi. quia Tau positionis excidit. illud enim Tau quod apparet, est ascitũ, vt generis feminini insigne. Præterea fit ista etiã geminatio, vel quia ipsa per se positio anceps alioqui esset, καὶ πολύσημος. vel quia vsu quodam eius vna litera duplicatur, vt in שַׁלְהֶבֶת, latibulum, litera Tau; in שִׁלְטֵי clypeus, litera Coph; in גֻּמָּדִים mẽdacium, litera Gomal; in חֻפָּה fauus, litera Coph secũdo loco posita; in יָרֵא iustus, litera Dolath, semper sunt duræ & geminatæ. Sed satis est talium admonuisse lectores, vt intelligãt, ea cum superioribus nostris legibus non pugnare. Ipsa enim geminatio literam à præcedentis vocalis spiritu afflari non patitur: sed sonoram vocem abrumpit. Hebræi ista & facilius & planius explicãt per vocalium longarum breuiumq. differentiam; quas ipsa figura distinctas habent. Sed ea facultate Syri

vocalis afflãtur spiritu; tũ exiliter exeunt per Kusoi: & Beth vt b, Gomal vt g, Dolath vt d, Coph vt c, Pe vt p, Tau deniq. vt t pronunciatur. Id fit autem, quoties ipsæ in alicuius syllabæ initio positæ sunt, quam non antecessit proximè alia syllaba, quæ vocali terminabatur; sic vt quasi vno spiritu à præmissa vocali, ad insequentem harum literarũ vnam quampiam accedat lector. Sin autem ore, quod iam ante vocalis cuiuspiam spiritu plenũ est, proferendæ sunt; tum ipsę quoq. spiritu illo afflantur; atque, vt loquuntur Grammatici, aspirantur per mollitudinẽ, siue Ruchoch: & Beth, propè vt Græcorum β, Gomal vt gh, Dolath vt dh, Coph vt Græcorum χ, Pe vt φ, Tau vt θ, sonat. Sed adiungam vnũ atque alterum exemplum. Psalmo XXV. scriptũ est, תִּזְכֹּר Non recordaberis. hîc prius Tau est aspiratum à præcedente vocali, qua terminabatur vocula תִּ, Lo. alterum verò Tau aspiratũ quoq. est à præcedente in eadem syllaba vocali, siue quia ipsum est syllabę vltima litera. Porrò Dolath habet Kusoi in vertice, duriterq. effertur; quia positũ est in suæ syllabę initio, quam alia pręcessit syllaba, quæ non vocali, sed consonãte terminabatur. Deniq. Coph rursus subiectum habet sibi ruchoch, quia afflatum est à vocali, quę literæ Dolath adscripta, proximè ante Coph audiebatur. Similiter si dicamus כַּחֲפֹץ, scribẽtur, prius Tau erit aspiratum à suæ syllabæ vocali præcedẽte, hoc est, quia ipsum est syllabę extremum elementum. Coph verò, cùm sit syllabæ principium, quam nulla pręcedens vocalis proximè afflauit, erit durum. at alterũ Tau ab ea vocali qua præcedens syllaba, ca, terminabatur, afflatum, molle erit: & item Beth, propter vocalem quæ in præcedente syllaba, the, audiebatur. Dicerem planius & plenius; aut certè pluribus propositis exemplis rem nõ prorsus euidentẽ, quasi digito, demõstrarem; nisi iis me scribere ista meminissem, qui Hebræorum Grammaticorũ præceptis, quæ illi de literis istis sex aut duriter, aut molliter pronunciandis prodiderũt, antè satis instituti, hæc omnia facilè possint intelli-

desti-

confusionem pariat, vocalium notas gracilitate à ceteris punctis secernunt; quæ pinguiora formant.

Vocales Syra dicta puncta quibus formant.

De kvsoi, sive dagges; et rvchoch, sive raphe.

In primis igitur illud punctum nobis explicandum occurrit, quo literarum quarumdam sonum nũc molliorẽ, nunc duriorem effici dicebamus. Appellatur autem hoc à Syris, cùm literæ vocem veluti deprimit; atq. aspirationẽ prohibet, صفّعُ; quasi grauitatem, aut duritiem potius, dicas. ponitur q. perpetuò in eius literæ, quam premit, vertice. Cùm verò in pronuncianda litera aspirandum esse significat, tum ei subscribitur; nominaturq. ܪܘܟܐ, hoc est, mollitudo. Hebræi illud Dagges vocant, sed in media locant litera; hoc verò Raphe, & virgula suprà literam ducta repræsentant. Cùm enim litera Tau ad hũc modum apicem habet in vertice ̇ܬ, exiliter exit, similiter atque Latinorum t, aut Græcorum τ. at si eundem apiculum habeat subiectum, hoc modo, ̣ܬ, tum verò nihil differt à Græcorum θ. Atq. ita de ceteris sex illis literis, quas diximus bifariam sonare, est existimandum. Hæc enim Syrorum puncta, Kusoi & Ruchoch, ad nullas prorsus literas alias adhibentur. quamquam, ego certè, literam Pe, neutro, neq. molli, neq. duro adhuc insignitam vsquam inuenerim. verum, fatendum est enim, pauciores à me libri sunt lecti, in quibus accuratè emendateq. punctorum omnium notæ literis appositæ fuerunt, quàm vt meo iudicio audeam, Pe, ex illarum numero eximere, quas etiam Hebræi duplici voce enunciari tradunt: præsertim cùm meminisse videar, è Syrorum ore sic exire Pe, vt modò Pi Græcorum, modò Phi esse videatur. Solent autem Kusoi & Ruchoch, diuerso etiam à ceteris punctis colore distinguere Calligraphi, vt nullo errore agnoscantur. Verùm enimuerò vniuersa ipsorum, aut suprà, aut subter scribendi ratio easdem causas habet, quas apud Hebræos Dagges, & Raphe. Nam cùm literæ illæ, quarum hęc puncta esse propria iam diximus, à nullius præmisse vocalis calem dicam, in iis præceptionibus quæ sequentur, ipsum erit, a, intelligendum: cùm secundam, e; cùm tertiam, i; cùm quartam, o; postremò cùm quintam, v. Neque enim Syros probare possum, qui secundo loco, o, collocant, quasi affine ipsi, a. quamquam non nesciam eos, qui Chaldaicæ interpretationi sacrarum literarum, quam Thargum appellamus, vocales apposuerũt, mendosissimè sanè plerumque, nec satis bono cum iudicio, eos, inquam, pro ista quarta vocali vbiq. Iudæorum Kamez scripsisse: nimirum quia illud magnam cum quarta vocali habet affinitatem; &, vt est credibile, primi vocalium notarum inuentores eo nunc pro prima, nunc pro quarta vtebantur; nam etiam nunc quartam vocalem, quoties ea breuis est, repręsentat. Et de vocalibus hactenus. Nunc de aliis punctis.

De pvnctis syrorvm, sive apicibvs, qvos nvnc ̈ܣܝܡܐ nvnc نقطا vocant.

Magna vtuntur Syri in libris accuratissimè scriptis, punctorum turba. adeò vt nihil in ea lingua cognitionem habere videatur difficiliorem, atque punctorum omnium ratio. Sunt enim quæ Superiora vocant; sunt quæ Inferiora; sunt Positiones, & Positionum mutationes; sunt narrationum principia, narrationum fines; sunt pausæ, cola, commata; sunt, vt ipsi loquuntur, Cursus finientes, Cursus non finientes. Sunt deniq. interrogandi, demonstrandi, vocandi, imperandi, hortandi, monendi; &, vt semel dicam, nihil nõ faciendi notæ, & signa quædam; sed ne à Syris quidem ipsis hoc sęculo satis intellecta, vt meus mihi præceptor sępe fateri solebat; neq. admodum etiam cognitu necessaria. Nos de istis pòst aliquid dicemus, si vita suppetet. Eorum autem punctorum obseruationi modò danda nobis opera est in hisce rudimentis; quæ dictionum significationes, numeros, personas, tẽpora, modos deniq. verborũ, nominũq. distinguunt. Sed enim, quando, vt diximus, vocales ipsæ nũc quoq. punctis ferè repręsentantur à Syrorum librariis, ne similium inter se punctorum multitudo

Varia Syrorũ puncta.

Nota.

quinque vocalium inuentæ, aut veriùs, à Græcis ſumptæ, notæ. verùm nunc pleriq. iſtis omiſſis notis, voces illas quinque quibuſdã punctis indicare malunt. nam pro a, faciunt duo puncta, alterum ſupra literam, alterum infrà; hoc modo, ◌ַ, ba. Pro e, duo puncta ſub litera, ad inſtar zere Hebręorum: niſi quòd Syri ferè ſolent dextrum paullo inferius quàm ſiniſtrum collocare, hoc ordine ◌ֵ, be. Porrò pro i, ſimiliter duo puncta ſub litera, ſed quorum dextrũ paullo altius exſtet quàm ſiniſtrum; hoc modo, ◌ִ, bi. Deniq. loco o, duo puncta ſic prorſus ſupra literam collocata, vt quæ proximè dicebam ſub litera, hoc ſcilicet poſitu, ◌ֹ, bo. verùm vltimam vocalem, v. vix vnquam inuenias, niſi qua diximus nota depictam; nec ferè niſi ſupra literam Vau. Sunt tamen qui eius loco puncta duo ſcribant ſuprà, contrario ſitu atq. o, pingebatur; hoc eſt, vt ſiniſtrum altius emineat, ad hunc modum, ◌ֻ, bu. Sunt etiam qui vnicum eſſe faciendũ ſtatuant ſupra Vau. Et hæ quidem ſic punctis diſtinctæ vocales, aliis quàm expoſui locis, ſcribi non poſſunt. confunderentur enim. at illæ alterę ſolebant quidem, ◌ֵ & ◌ֵ, à veteribus non niſi ſub literis collocari; ſimiliter ◌ַ, ◌ָ, & ◌ָ, nuſquam niſi ſuprà. verùm iam promiſcuè nunc ſubter, nunc ſuprà poſitas videre eſt; nimirum vt ipſa ſcriptura fert commodius. Sed enim vt vno aſpectu, quas dixi vocalium formas diuerſas cognoſcere poſſis, ſubijciam eas, tamquam in tabella, coniunctè.

Aliæ vocalium notæ per puncta factæ.

.◌ֹ	vel	◌ֻ	◌ִ	◌ֵ	◌ֵ	◌ַ
bu.	vel	bu,	bo,	bi,	be,	ba,
.◌ֹ	vel	◌ֻ	◌ֹ	◌ִ	◌ֵ	◌ַ

PORRÒ prius quàm à vocalibus diſcedam, monendus mihi lector eſt, eum me ordinem in illis enumerandis ſecutũ eſſe, quem ab ipſa inſtitutũ natura Græci Latiniq. tenuerunt. Illa enim pulmonibus proximã vocem, a, collocauit. Deinceps verò paullulum vlterius, verſus palatum, e. Mox vlterius etiam, i. Tandem extra dentium clauſtra, o. Deniq. in vltimis labris, v. Quare cùm primam vocalem roqui à doctioribus vocatur حٰ, ac ſi apertum dicas; eadem ſcilicet notatione, qua Hebræi eandem ſuam vocalem, הֵא, nominarunt. Recludit enim hæc vox grauiſsima primùm cum ore guttur ipſum; in cuius infima extremitate ſonans auditur. Secunda repræſentat noſtrum e. formaturq. eadem nota, qua Græcorum e-pſilon, ſed inuerſa: hac ſcilicet, ◌ֵ. Appellatur autem à vulgo, Eſaias: eadem ratione qua prior illa Abrahamus. Sed eruditiores vocãt, إِيْ. nimirum quia vox in pulmonibus concepta egeritur iam; & veluti profunditur, neq. coërcetur in imo gutture, vt illa prior. Tertia ſonat noſtrum i. eſtq. illa ipſa nota, qua Græci ſuum Ita, pingunt, ſed aliter poſita, nempe hoc ſitu, ◌ִ. Hanc rurſus Syri vocant, Iſaac: nimirum quia in eo nomine primo loco auditur. Sed à grammaticis doctioribus nominatur, سِنْ, à comprimẽdis dentibus videlicet. Iſta enim vox iam vſque eò à gutture diſceſſit, vt ad dẽtes pertineat: qui propè conſociari debent, vt ipſa plenè dicatur. Quartam, quæ noſtrũ o, refert, vulgus Odom, hoc eſt Adamum nuncupat: eſt enim eius nominis prima vocalis; pingitur autem vt Græcorum omicron, ſed forma plerumq. oblongiore, qualis eſt oui, hoc modo, ◌ֹ. Literati hanc appellãt, إِضْ. quaſi erectam, aut ſublatam nomines: nimirum quia iam labra attollere incipis, cùm ipſam proferre inſtituis. Eſt enim hæc vox à pulmonibus vſque extra dentes progreſſa. Denique poſtremam, vt puerorum conſulant memoriæ, nominant Vriam. Ea ſonat noſtrũ v; quæ vocalis Vriæ nomen inchoat; ſed eruditiores vocant, إِخْ. Quia vltimis labris cohibita preſſáque vox, eum ſonum repræſentat, qui eſt huius vocalis. Pingebatur ea primùm vt Græcorum y-pſilum inuerſum, vnà cum o-micro impoſito, ad hunc modum, ◌ֻ. Harum enim duarum vocalium coniunctarum illa efficit ſonum. Sed nunc faciliore ductu ſic ferè formatur, vt Hebræorum Kametz videri poſſit, cum appoſito in latere ſiniſtro interdum o-micro, interdum ſolo puncto; hoc modo, ◌ֻ, vel ◌ֹ. Atq. hæ quidem fuerunt primæ à ſuperioribus Syris

Vocaliũ ordo à naturâ inſtitutus.

riore, nunc molliore sonò; sic Syri easdem quoq. bifariam pronunciant. Sunt autem eæ literæ, Beth, Gomal, Dolath, Coph, Pe, & Tau. voco autem duriorem sonũ, quando pressè, nullaque cum aspiratione proferuntur: molliorem verò, quando cũ afflatu anhelantur, vt sic dicam. Cuius rei rationẽ omnẽ mox explicare conabimur, cùm de punctis erit nobis differendum.

De literis radicalibvs et servilibvs.

Rvrsvs vt apud Hebræos, ita & Syros, quædam literæ perpetuò sunt partes earum positionũ, in quibus inueniuntur. Aliæ autem sæpe officij cuiuspiam causa sunt alienis positionibus adiunctæ. & has Literæ seruiles. seruiles vocant. Sunt autẽ seruiles, Olaph, Beth, Dolath, He, Vau, Iud, Coph, Lomad, Mim, Nun, Tau. Qualem autem quæque harum seruitutem seruiat, cùm asciscũtur in alienas positiones, sigillatim dicemus, postquàm vocalium & aliorum punctorum rationes exposuerimus.

De syrorvm vocalibvs, sive ثقطا.

Vt prisci Hebræi, sic Syri quoq. primùm notas vocalium nullas habuerunt, cùm satis per se constaret inter omnes, qua quęq. syllaba voce esset efferenda. Et propterea neq. etiam nũc alterutri, nisi in sacrorum librorũ scriptura, vllis ferè vocalium figuris vtuntur. Sunt ergo, quas nunc vtriq. habent, notæ, posterorum inuenta; qui hoc linguis suis subsidium compararunt; ob hoc potissimum, ne diuina oracula, quæ iis prodita habebant, incerta essent. Et Syri quidem primùm vnico puncto voces omnes repręsentabant, quod supra literas positum significabat a, o, vel v; subter verò, e, vel i. pòst autem à Gręcis suarum vocalium figuras Syrorũ vocales quinq. & singularum nominatio. mutuati esse vidẽtur; quas quinq. habẽt; nimirũ quot ipsa natura plenissimas homini voces dedit. Earum prima sonat, a, prorsus vt Hebræorum Patah: estq. facta ad similitudinẽ Græci alpha, hoc modo ʼ. Illi Abrahamum vulgò appellant, pueritis memoriæ causa posito celebri per se nomine; cuius ea est prima vocalis. Ceteroqui vna est. Quòd enim Syri literam Vau, quoties est in syllabarum initiis, sic efferunt, vt nos Germani geminatũ v, faciunt hoc assuefacti lingua Punica; qua propè vniuersus oriens vulgo vtitur. Porrò ad ipsas literarum figuras quod attinet, cùm Dolath & Risch admodum inter se similes essent, sicut etiamnum apud Iudæos esse videmus, errorem quem ipsa creabat similitudo, omnibus eripere vulgus volens, tacito quodam cõsensu, ipsi quidem Dolath subter, Risch verò suprà adscripsit punctum. Insuper, quò magis elegans appareret scriptura, literas Coph, & Nun, quoties vltima dictionum pars essent, extenderunt in longum, ceteroqui incuruatas: Quin cornu quoq. inferius literæ Mim, cùm ea finem occupauit, non protendunt versus insequentes literas, sed deiiciunt. prętera brachia Lomad, & Ae, nunc deducunt, nunc propè consociant, prout aptior connectendarum literarum ratio postulat. Deniq. dum verba formant, ipsa inter se elementa pingendo ita colligant, vt partim cum præcedentibus apta hæreant, alia cum sequentibus; quędam cum vtrisque; nonnulla etiam cum neutris. Sed ista omnia, quia inspectando scripturas melius, quàm audiendo præceptiones, cognosci possunt; pergam ad alia: vbi prius monuero, Syros non à dextra ad sinistram versus ducere manum, vt Iudæi faciunt, cùm scribunt: sed eam cum calamo ex aduerso positam, sensim ad se, per transuerso situ collocatam chartam reducere: propterea quòd sic commodius, aptiusq. ipsorum literæ formentur. ceteroqui legendi rationem prorsus eandem esse, quam Hebræi tenent. Planè enim sic Syrorum inter se literæ coëunt, consociantúrque in syllabas, vocalibus extrinsecus appositis tamquam animatæ, vt Hebræorum. Porrò si quid præterea peculiariter, in quibusdam aut literis, aut syllabis pronuntiandis obseruant Syri, id suo quodq. loco dicetur vtilius.

Figuræ literarum. Dolath & Risch. Coph & Nun. Mim. Lomad & Ae. Literarum colligatio. Syri quomodo scribant.

De literis, qvæ bifariam sonant.

Sed enim vt Hebræi sex habent literas, quas duobus modis efferũt; nunc du-

GRAMMATICA
LINGVÆ SYRICÆ.

Talmud, Sanhedrin capite 2. pag. 21.

PRODITVM LITERIS est à Talmudicis, ea elementa, quibus Iudæi iam olim in scribendo vtũtur, non esse priscorũ Hebræorum elementa, sed Assyriorum. Ezdram enim, cùm de exsilio Babylonico reuersus in Iudæam, dispersa dissipataque, ac iam tum sensim exolescentia oracula illa diuina instauranda sibi in primis esse putaret, ipsas literas, quibus ea antè scripta fuerant, mutauisse; Assyriisq. vsum literis esse: quòd has Israëlitæ eo sæculo callerent; vt quas in exsilio didicerant: patria autem elementa plerisq. omnibus in obliuionem veniissent. vel quia etiam veterum Hebræorum quàm Assyriorum operosior erat scriptura. Hoc enim sanè sic se habere, ostendunt priscorum sicli, qui in ruderibus reperiuntur, Hebræorũ antiquis inscripti literis: quorũ ego vnum apud me habeo. Fuit ergo aliquãdo tempus, cùm istæ, quas depictas à me vides, literæ Syrorum, ab illis quibus nunc Hebræorum lingua scribitur, nihil differrent. At enim elegantioris illi formæ characteres, quibus Ezdræ sæculum vtebatur, in sacrosanctis diuinæ scripturæ monimentis, quòd ea semper sint à paucis, & religiosè, tractata, facilè conseruati sunt: sed vulgus eos assiduo scribẽdi vsu, vt fit in præcipiti celeritate, paulatim demutauit nonnihil: atque ad faciliores ductus accommodauit. Itaq. factum est, vt rursus aliæ Hebræorum, aliæ Syrorum literæ esse videantur. quod etiam diuus Hieronymus scripsit. Nemo tamen, qui vel leuiter aspiciat, non facilè animaduertat, alteras ex alteris esse natas. Quapropter superuacaneum fuerit, si ego hîc de istarum Syricarum pronunciatione literarum multis differam: cùm iis ista scribam, qui Hebraicis institutionibus sunt antè eruditi. Nam vt literæ vtriusq. linguæ sunt, quod modò dixi, prorsus geminæ, ita & ipsarum pronũciatio eadem

Hieronym. præfat. in libros Regũ.

pronunciatio.

SYRI LITERAS HABENT VIGINTI DVAS: QVAS ET QVOT *Iudæi. Quarum nomina & figuræ cùm maiusculæ, tum expeditiores ex subiecta tabula cognosci possunt.*

ܐ	ܒ	ܓ	ܕ	ܗ
E	H	D	G	B	A
ܘ	ܙ	ܚ	ܛ	ܝ	ܟ
Vau	He	Dolath	Gomal	Beth	Olaph
ܠ	ܡ	ܢ	ܣ	ܥ	ܦ
L	C	I	T	HH	Z
ܩ	ܪ	ܫ	ܬ	ܬ̣	ܨ
Lomad	Coph	Iud	Teth	Hheth	Zai
ܨ	ܩ	ܪ	ܫ	ܬ	ܬ̣
ZZ	P	A	S	N	M
ܨ	ܦ	ܥ	ܣ	ܢ	ܡ
Zode	Pe	Ae	Semchat	Nun	Mim
ܨ	ܩ	ܪ	ܫ	ܬ	ܬ̣
T. Th	SC	R	Q
✣	✣	✣	✣
Thau.	Schin	Risch	Quoph

LITERÆ EXPEDITIORES, *quas Currentes vocant.*

ܐ	ܒ	ܓ	ܕ	ܗ
Vau	He	Dolath	Gomal	Beth	Olaph
ܙ	ܚ	ܛ	ܝ	ܟ	ܠ
Lomad	Coph	Iud	Teth	Hheth	Zai
ܡ	ܢ	ܢ	ܡ	ܡ	ܣ
Semchat	Nun	Mim	Mim	Lomad
ܥ	ܦ	ܨ	ܩ	ܪ	ܫ
Risch	Quoph	Zode	Pe	Ae	Ae
ܬ	ܬ̣
Thau	Schin

lonijs Israelita didicissent, tamen sermone Hebraico inde à cunabulis assuefacti, peregrinã linguam in patria sic suis casibus vbiq. conseruare non potuerũt, vt non ipsam multis modis ad patriã, hoc est, Hebraicæ normam accommodarẽt. Itaq. ex illo sermone quem à Chaldæis acceperãt Israëlitæ, cùm eũ ipsi, vt dixi, plurimũ casibus terminationibusq; mutauissent; & multa insuper Græca vocabula admiscuissent; (vt erat in sequentibus temporibus, apud pleraſq. nationes, Græcorũ lingua in multo vsu;) effecta est ea lingua, quæ nõ modò à nostris hominibus, sed ab illis quoque, quorũ propria est, Syrica vocatur. Habes ergo paucis Syricæ linguæ ortum. Quæ cùm Christus Dei & Mariæ filius, eiusq; discipuli, quippe vernacula, in Iudæa primũ Israëlitis sacrosanctũ Euangelium patefecissent, peruulgassentq; ; pleriq. omnes deinde Christiani homines, qui illa, atq. vicina circumquaq. loca incolebant, eadem vti cœpere, ad sacra illa salutaris doctrinæ monimenta tum conseruanda, tũ posteris prodenda, atq. etiam explicanda. Fueruntq; proinde longo tempore Syrorũ Christianorũ cœtus celeberrimi & frequentissimi: quamquam ferè in Græcis semper sint annumerati à nobis, qui ad Occidentem habitamus. Doctissimorũ igitur hominũ studio, quales apud illos multi vixêre, & scriptis libris floruêre, breui vsq. eò expolita est illa lingua, vt nõ minus scitè vocalibus notis, punctisq; alijs, quæ. eius literæ, syllabæ, verba; deniq. verborum casus, numeri, personæ, tempora, genera notata, atq. distincta, & illustrata sint, quàm in Hebræa lingua factum est ab excellentissimo ingenio viris illis, qui auctores Massoreth, hoc est, traditionis, vocãtur. Quare si quis mediocri præditus ingenij perspicacia; tum ab emendatissimis libris, atq. etiam ocio instructus, eas rationes sibi quærendas, inuestigandásq. esse statueret, quas secuti sunt illi, qui sic, vt dixi, verba singula appositis suis notis explicarunt; nã ille posset; & quidem non nimis multa in eam rem consumpta opera; Syricarũ literarũ artem omnem certissimis regulis atq. præceptis cõcludere. Sed vt Iudæi, ita Syri quoq. accuratissimo illo scribendi genere in sola sacrorum librorũ scriptura vtuntur. atq. vtinam etiam vsus fuisset ille librarius, qui in vrbe Mozal ad flumẽ Tigrim exemplar illud Noui Testamenti scripsit; de quo id optimi & benignissimi Cæsaris Ferdinandi liberalitate, & Mosis Mardeni industria typis est expressum, quod vnum nos habemus: ego certè perfectiora Grammatices præcepta obseruatione diutina animaduertere, atq. notare; & per otium tandem conscribere potuissem. Nunc autem veniam iure postulare videor, si nimis rudia hæc rudimenta, atq. inchoata, aut etiam manca, tibi mitto; qui præter talium librorum accuratissimè atq. emendatissimè scriptorum penuriam, qua maximè impedior, neq. facultate insuper vacui, atq. liberi temporis, neq. ingenij vbertate affluo: neq. vllius hominis, quæ sequar, vestigia, hac in re ante me video. Sed exstat à Syris ipsis conscripta Grammatica. eius exspectatione desiderium absolutioris doctrinæ poterunt lenire ij, in quibus est istarũ rerum studium. Spes enim est, eam aliquando prodituram in lucem. Nam Moses Mardenus, cùm ipsam, & simul Dictionarium, vt vocant, Syricorum vocabulorum ex Assyria secum asportasset, Venetijsq; reliquisset, & proinde mihi, qui ipsum Romæ priuatim interdũ audiebam doctorem, eorum librorũ copiam facere nõ potuisset; pòst Romam Viennam profectus, Ioanni Alb. VVidmanstadio vtrumq. descripsit; vt mihi suis literis significauit. Cùm igitur, vt audio, VVidmanstadij libros omnes, sanè nõ vulgares, Illustrissimus Bauarorum Dux sibi redemerit; non faciet opinor ille tantus Princeps, & ad rem literariam iuuãdam propensissimus, vt tam raros libros in priuata sua bibliotheca situ perire patiatur. Vale vir & literis, & pietate ornatissime. Et si hac mea lucubratiuncula minimè perfeci quod instituì, magnam culpæ partem in te ipso esse existimato; qui et nimis breui, & minimè vacuo tempore mihi hoc oneris per Plantinum nostrum imposuisti. Iterum vale. Idibus Martijs CIↃ. IↃ. LXX. Zeuenera.

D. BENEDICTO ARIAE

MONTANO THEOLOGO DOCTISS.

PIISSIMOQ. ANDREAS MASIVS S. D.

ETSI *exacta iam hieme, quam anni partem priuatis meis ſtudijs liberius ſemper impendere poſſum, ad alia atque alia continuò negotia accerſar, doctiſſime Aria: & alioqui bimeſtre tẽpus, quo meam iſtã operam incluſiſtis, breue nimis eſſe iudicauerim; tamen vt tui deſiderij exſpectationẽ conarer, quoad eius facere nunc poſſem, explere; eò facilius me impulit magnis ſuis pretibus, & mirifica obteſtatione Plantinus noſter, quòd ea deſiderare te intelligerem, quæ aliqua ex parte vtilia fortaſsis forent ad abſoluendum perficiendumq; immortale illud opus edẽdæ multis linguis ſacræ hiſtoriæ: quod opus tua procuratione, quæ tibi à Catholico Regis Maieſtate eſt cõmiſſa, Plantini verò induſtria ſingulari iamdudũ ſub prelo verſatur; & propè ad vmbilicũ, vt audio, eſt ductum. Detraxi igitur per ſuperiores hoſce dies ſingulos aliquid tẽporis, non quidem alijs meis negotijs; neque enim id officium, quod Illuſtriſs. principi meo debeo, patiebatur; ſed mihi ipſi: & quæ aliquando hîc, illic, obſeruaram, atq. annotaram, diſperſaq; habebam; ea ſuccisiuis operis contraxi, atq. ratione quadam conſtrinxi, & ad artem, vt curſim potui, redegi. Vtinam verò ex hoc meo qualicumq. labore tantum capiant homines iſtarũ rerum ſtudioſi fructũ, quantum ille mihi attulit tadium. Inuitiſſimè enim atq. faſtidioſiſſimè in hoc ſcribendi genere verſatus ſum. Sed vt linguæ Syricæ originem, cuius literarum cognitio hoc meo opuſculo tractatur, paullo altius repetam: Sermonem Hebraïcum fuiſſe eum, cuius communione primos homines inter ſe iunxerat optimus parens Deus, tam confeſſa iam olim apud doctos viros res eſt, vt refelli non mereantur, qui ingenij oſtentandi gratia magis, quàm pro ſua ipſorum exiſtimatione, neſcio cui linguæ principatũ dare audent. Illũ autem ſermonem poſt linguarum confuſionem manſiſſe apud Semitas, ſignificaſſe, mihi quidem, Moſes*
Geneſ. 10. verſ. 21. *videtur, cùm diceret; Sem fuiſſe parentem omnium filiorũ Heber. Nemo enim neſcit ab Heber nomẽ habere Hebræos. Cùm porrò apud iſtos nimis facile, atq. etiam tum viuo Sem, exoleſceret auita religio, ille maiorum melior ſermo ſimul paullatim corrumpebatur, deprauabatur q. Quod fieri etiam ante Abrahami ætatem cœptũ erat. Iam tum enim colebãt iſti deos alienos,*
Ioſu. 24. v. 2. *vt eſt in Ioſuæ hiſtoria ſcriptum. Sed hic, cùm cæleſti inflatu, tamquam manu iniecta, è ſuperſtitionibus patrijs eſſet exemptus, atq. ad colendam illam ſanctiorum parentum pietatem religionemq. reuocatus, linguam quoq. ipſorum, quam vt primam, ita optimã eſſe intelligebat; conſtanter ſibi putauit eſſe retinendam. Itaq. ceteri, vt more maiorũ ſuorum purè Deum colere, ita & purè illorũ more loqui, nõ diu poſt, deſiêre; progq; Hebræo ſermone, Chaldæo vti cœpêre.*
Geneſ. 31. v. 46. *Cui rei ſatis magno argumento ſunt Labanis illa verba,* יְגַר סָהֲדוּתָא, *quibus ille vtebatur, cùm tumulũ teſtimonij dicere vellet. At Abrahamus, eiuſq; poſteri Iſraelitæ, Hebraum, vnà cum auita religione retinuerunt vſq. adeò firmè, vt ne in Aegypti quidem annorum plus quàm ducentorum exſilio, vel longa conſuetudine & familiaritate barbarorũ, vel ſeruitutis duritate eum amitterent. Porrò cùm hi ob ſua ſcelera, quæ poſt Dauidis imperium, & Solomonis, veluti quodam probæ religionis faſtidio, indies maiora patrabãt; in Babyloniam tandem captiui eſſent abducti, cõtinuò huius gentis ſermonem, hoc eſt, Chaldaicum, tam ſunt cupidè amplexati, vt cùm nõ ferè pluribus quàm ſeptuaginta illic annis manſiſſent, eum deinde, in patriam reuerſi, perpetuò pro vernaculo vſurpauerint: cùm Hebraum interim, quòd eo & Lex ipſa, & ſacra omnis hiſtoria, atq. vaticini libri, ac alia inſuper præclara doctiſſimæ antiquitatis monimenta eſſent conſcripta, ſoli ſacerdotes, & præter eos alij homines qui literis ſtudebant, rerumq; optimarum cognitioni ſeſe dabant, vtcumq. conſeruarent, & in ludis literariis eo pueros ad literas deſtinatos excolerẽt. Sed enim quamuis Chaldaicè loqui à Babylonijs*

GRAMMATICA
LINGVAE SYRICAE,
INVENTORE ATQ. AVCTORE
ANDREA MASIO:

OPVS nouum, & à noſtris hominibus adhuc non tractatum: quod laborioſa animaduerſione atq. notatione vocalium, aliorumq. punctorum Syricorum, quibuſq. dictionibus in optimis emendatiſſimiſq. libris appoſitorum ille nuper compoſuit.

PSAL. LXXI.

ܟܟܘ ܡܟܟܒ ܒܗ ܠܟܥܒ ܡܟܡܟ ܟܘܥ ܐܝܢܐ ܠܘܡܟܢ

PSAL. XCIV.

ܡܘܡܟ ܟܟܢܬܥ ܒܠܘܒܡ ܐܠ ܡܟܢ ܡܒ ܢܡܟܡ ܠܟܥܡ

ANTVERPIAE,
Ex officina Chriſtophori Plantini,
Regii prototypographi.
M. D. LXXI.



Hoc *Syro-Chaldaicum M. Guidonis Fabricj Lexicon poterit ad Reipub. Christianæ vtilitatem imprimi. 7. Decemb.* 1570. *Louanij.*

Auguſtinus Hunnæus.

C. R. Goudanus.

I. Harlemius.

תַּרְקָא & תַּרְקִי Tuſſagetarum, id eſt, Turcharum regio. Gen.10. in Tharg.Ieroſolymit. & in Ber.rabb.cap.44.

Secundò תַּרְקָא eſt Genus vaſis. in Aruc. & Achates lapis precioſus. Exod.28. in Tharg. & in Ber.rabb.cap.12.

תַּרִיק Theriaca. de quo ſuprà. תַּרְקַב Duo cabi. dictio compoſita ex תְּרֵי Duo, & קַב Cabus, menſuræ genus. in Ber. rabb.cap.15. תּוּרְקִין Cancelli, feneſtræ. Prouerb.7.

תּוּרְקְלִינְיָא Triclinia. in Vaic.rabb.cap.16. תַּרְקוּשׁ Genus eſt vaſis. in Aruc.

תָּרָר eſt שׁוֹטֶה ומוֹרִיד רִיר Stultus & deiiciens ſaliuam. in Aruc.

תַּרְתָּא idem quod תּוֹאַר vel מַרְאֶה Forma, aſpectus. in Aruc. תַּרְתָּק idem quod חֲמוֹר Aſinus. in Aruc. תִּירוֹשׁ Muſtum, vinum recens adhuc feruens. תַּרְשִׁישׁ Nomen filij Iauan, & pro Mari accipitur. item pro Auro & Lapidibus precioſis.

תָּשׁ & תָּשַׁשׁ Elanguit, debilis ſeu infirmus fuit. 3 Reg.1. in Cõment. Kimchi. Et in paſſiuo אִתְּשַׁשׁ Debilitatus eſt. in Zoh.col.287. in Gen. Inde תְּשׁוּת & תַּשְׁשׁוּת Debilitas, infirmitas. Thren.1. & in coniugatione Poel quadrata תּוֹשֵׁשׁ Debilitauit, conſternauit, concidit. vt אֲתוֹשֵׁישִׁינוּן Concidam eos. Pſalm.117. Inde תְּשִׁישִׁין & תְּשׁוּשִׁין Debiles, infirmi. in Bereſch.rab.cap.20. תַּשְׁוָא idem quod מִשְׁכָּב Cubile. Prou. 22. radix eſt שָׁוָא ſuprà. & תַּשְׁוֵיתָא ponitur pro מַרְבָּרִים id eſt, Periſtromata. Prouerb.31. תַּשְׁוִית Sinus, ſeu medium. Ezec.43. תְּשׁוּאוֹת Tumultus, deſolationes. תַּשְׁיֵתָא Lex, ſapientia, eſſentia. Iob 30. תּ״שׁ in Raſſe tevoth valet תָּא שְׁמַע Veni, audi. in Doctrinale. תִּשְׁבִּי Thisbites, cognomentum Eliæ prophetarum principis. 2 Sam. 17. Quam vocem explicat Elias Germanus in Dictionario quod de hoc nomine vocauit Thisbi, eò quòd 712. dictiones ibi explicauit, quem numerum conſtituunt literæ תּשׁבי. vide ibi.

תְּשַׁע & תְּשַׁעְתָּא Nouem. Ioſ.13. & 15. in plurali תְּשַׁעִין Nonaginta. תִּשְׁרִי September, primus Hebræorum menſis, circa æquinoctium autumnale initium ſumens, propriè reſpondet partim Septembri noſtro, partim Octobri. Pſal.80. In eo dicunt ſecretiores interpretes conditum fuiſſe mundũ, proinde dictum fuiſſe תשרי, per metatheſin רשית Principiũ. in Tikun hazohar. תִּשְׁנִיק Inſania. in Bereſchith rabb. capite 37.

תְּת & תּוּת idem quod בְּכָא Morus arbor. in Ber. rab. cap. 22. in plurali תּוּתִים in Comment.

ת״ת in Raſſe tevoth valet תַּלְמוּד תּוֹרָה Diſciplina & ſtudium Legis, quod dicunt in Tractatu מְגִלָּה cap. 1. longè maius haberi ædificatione Templi. Citat R. Simeon 2. cap. Ezræ. valet & תַּלְמִיד תּוֹרָה Diſcipulus legis. Sic enim interdum ſe appellant, vbi alij ת״ח, longè auguſtius & inſigniùs putantes Legis eſſe diſcipulum, quàm ſapientum. Item תְּתַּי Minus. & תּוֹתֵי Sub. in Aruc.

תּוֹתָר Pannus vetus conſumptus. Item Impedimenta illa quibus pedes equorum conſtringuntur, quo aſſuefiant ad ſuauiter ambulandum. Eſt etiam Lana pecudis, quæ abſcinditur à loco ſtercorario. in Aruc.

תַּתְרִית Defectus olfaciendi.

תִּיתוּרָא idem quod גֶּשֶׁר Pons. in Aruc.

FINIS.

תַּרְנָךְ Duplex vagina, in qua artifices ponunt ſua inſtrumẽta. aliàs תַּרְוָנָךְ. in Aruc.

תִּרְכָּא & תַּרְבִּי Aluit, nutriuit, pauit, cibauit. Matth. 6. & Act. 13. inde תִּרְבְּיָא & תִּרְכְּבְּיָא Alimonia, cibus, victus. Act.14. Secundò תְּרַס Irritauit, & in deſpectum fecit. in Schem. rabb. cap.44. Item תְּרִיס idem quod צִנָּה Scutum, clypeus. vnde נָטוּל תְּרִיסָא Scutifer. 1 Reg. 17. 4 Reg.19. & Pſalm.3. in plurali תְּרִיסִין Clypei, ſcuta. Iud.5. item תְּרִיסִין ſunt Angeli tam corruptorij, quàm habituarij. in Zohare. תַּרְסִירָת רְצוּעָה שֶׁל סַנְדָּל eſt Corrigia calceamenti, quæ Arabicè dicitur שׁאראך. in Aruc. & תְּרִיס Gibboſus. in Aruc.

תֶּרַע Primò Diruit, deſtruxit. Gen.46. Exod.34. & Iud.2. Inde תּוֹרַעְתָּא Fractura, deſtructio, diuiſio. Iudic.21. Item תָּרַע חַרְבָּא Syriacè, Erupit, vt דְּתָרַע חֲוָא דְּמֵהּ Cuius eruperat ſanguis. Lucæ 8. Secundò תָּרַע חַרְבָּא & תַּרְעָא Porta, oſtium. Geneſ.6. Exod.26. & Ezech.48. in plurali תַּרְעִין Portæ. ibidem Ezech.48. Inde תַּרְעָא חַרְבָּא Ianitor, oſtiarius. Marc.13. & תַּרְעָיָא Ianitores. Ezræ 7. item Ingenioſi artifices. 4 Regum 24. & תַּרְעִיתָא Cogitatio, à רָעָא Prou.1.& 24. & תַּרְעָא Aeſtimatio. Pſalm.12. in Midr. תּוֹרַעְמָא Murmuratio, querela, à רעם ſuprà.

תֶּרֶף Exprobrauit, probris affecit, deriſit. Inde תּוֹרְפְתָּא Opprobrium, deriſio, Pſalm.44. & in paſſiuo אִתְּרַפָּא Irriſit, ſubſannauit. in Zoh. & תּוּרְפָּא Turpitudo. vt בֵּית תּוּרְפָּא בֵּית עֲבוֹדָה זָרָה eſt Domus idololatriæ, fanum idolorum. Eſt etiam עֶרְוַת אִשָּׁה Turpitudo mulieris, verenda. in Thiſbi. Secundò תָּרַף Putruit, computruit, vel ſpuit ſanguinem, aut phlebotomauit. in Aruc. Item תְּרוּפָה Medicina. vt וְעָלֵהוּ לִתְרוּפָה Et folium eius in medicinam. Item תַּרְעֵיָה Intentio recta & principalis. in Aruc. תְּרָפִים erant צְלָמִים הַמְנִידִים עֲתִידוֹת Idola, ſtatuæ, ſimulachra aut imagines futura demõſtrantes. Sic autem fiebant vt in Iilammedenu ſiue Tanhuma videre eſt, & in capitulis Rab. Eliezer cap.36. vbi in hanc ſententiam ſcriptum eſt: Quare vocantur תְּרָפִים? quoniam ſunt opus probroſum, opus immundum. Adducebant hominem primogenitum, & mactabant, ſaleque & aromate ipſum condiebant, ac inſcribebant ſuper laminam auream nomen cuiuſdam ſpiritus immundi; ſupponebant porrò quibuſdam præſtigiis laminam illam ſub lingua ipſius, eumque reponebant in pariete, atque coram eo accendebant lucernas, & adorabant eum, ipſe verò alloquebatur eos muſſitando. Hoc eſt quod dicit Scriptura: כִּי הַתְּרָפִים דִּבְּרוּ אָוֶן Quoniam Teraphim locuta ſunt vanitatem. Hæc in Tanhuma. in Paraſs. וַיֵּצֵא יַעֲקֹב Et egreſſus eſt Iaacob.

תֶּרֶץ Direxit, rectà contendit, directè mit. Matt.& Luc.1. & Rectum eſſe, vel dirigere. Prouer.4. Inde תְּרִיצָא & תָּרִיץ Rectus. Iob 1. pluraliter תְּרִיצִין מַחֲשָׁבִין Verba recta. Exod.23. Inde תְּרִיצוּת לִבָּא Rectitudo cordis. 3 Regum 3. idem תִּירוּצָא Pſalm.111. Et in paſſiuo אִתְּתָּרֵץ Dirigi, corrigi. & תְּרִיצְתָּא Rectitudo. Pſalm.25. in Complut. & Syrè תּוּרְצָא Correctio, directio. ad Hebr. 9. & תְּרִיצָאוּת Rectè, Lucæ 7. Item תָּרֵץ Soluit difficultatem. Inde תֵּרוּץ Solutio dubij. & תַּרְצָן Dubiorum ſolutor, expoſitor. in Thisbi. Secundò תָּרַץ Diruit, demolitus eſt. Vnde קַרְתָּא דְּתָרִיצָא Ciuitas diruta. Prouerb.25.

שְׁלַם אָתָא תַּו׃

תָּרַג & תָּרַג primò Fregit. Secundò Colorem cedri habuit, retulitve. Inde אֶתְרוֹג & תְּרוֹג & תַּרוֹג Ramus cedri. Leuit.23. in Tharg.Ierosol. item Color similis cedro. & אֶתְרוֹג Malum citrinum, & arbor citrina. in Zohare, & Tikun hazohar frequens. תָּרִיג est Symbolum numeri præceptorum Legis 613. quæ colligunt ex eo quod totidem sint literæ in præceptis Decalogi. Affirmatiua faciunt רמ"ח, Negatiua שס"ה. Vide suprà suis locis.

תְּרְגֵּם Interpretatus est, exposuit, paraphrasi donauit.Ezr.4. & Esth.3. in Ierosolym. neque tantùm intelligitur de lingua Chaldaica vel Syra, sed de quauis alia, vt notat Elias in Thisbi. Inde מְתַרְגֵּם Interpres,expositor,translator, paraphrastes. idem תּוּרְגְּמָנָא Psal.7. Vnde Turcæ & Arabes interpretem vocant Dargoman.

Item alia forma מְתוּרְגְּמָן Expositor, interpres. Exod.4. in Tharg.Ierosol. & Gen.42. quo nomine Elias Germanus vocauit Dictionarium suum Chaldaicum, vbi voces Targumicas Hebraicis vocibus exponit,magnæ doctrinæ & diligentiæ opus. Item תַּרְגּוּם Thargum, interpretatio, paraphrasis, expositio. idem תַּרְגְּמָא Psalm.7. & Syrè ܬܘܪܓܡܐ Expositio, interpretatio, explicatio. Act.1.

Item תַּרְגִּימָא Græcè βάγημα, in plurali βαγήματα, est Fructus vel panis,vel fercula quæ post cibum sumuntur,secundæ mensæ.in Aruc. תּוּרְגָּם vel תּוּרְגּוּם Ratis. 3 Reg.5.

תְּרִין Bleta, genus herbæ notæ. in Ber.rab.cap.61.

תָּרַר Idem quod אחר Moratus est, tardauit, moras traxit, expectauit. in Aruc.

תָּרוּר Cochlear, vel idem quod פיסת יד Extremitas manus quæ cochlearis habet formam,si parum curuetur.in Aruc.

Significat etiam תָּרוּר Residuum cadaueris postquam omnino computruit, vti truncus ligni omnino post putrefactionem desiccati. in Zohare. תַּרְוַנָא Ambo nos, vterque nostrum. dictio composita à תְּרֵי, & affixo plurali primæ personæ.

תָּרַן רחק רוח מבטן est Expulit ventum ex ventre, crepitum ventris emisit,pepedit. Secundò Egessit. in Aruc.

Significat etiam arborem infructuosam, ilicem vel pinum. & scribitur תִּרְזָה.

תַּרְס vnde תְּרוּס Semiclausus palpebras. aliâs טְרוּס vt suo loco dictum est. תְּרִיסָא Quartum mensuræ cabi.Item Genus ponderis vel monetæ. in Aruc.

תְּרֵין & תַּרְתֵּין Duo, in masculino genere. & in fœm. תַּרְתֵּין Duæ, binæ.Dan.5. & Gen.1. Porrò in affixione & compositione abiicitur Nun postremum,vt תַּרְוֵיהוֹן Vterque eorum. Iudic.19. תַּרְוַנָא Vterque nostrum.

Item תְּרֵי עָשָׂר Duodecim. Ios.8.& per contractionem תְּרֵיסַר Pslm.60. & Syrè ܬܪܥܣܪ & תְּרֵעְסַר Duodecim, dodecas, duodenarius.in Euangeliis frequens. & in fœmineo genere תְּרֵיסְרֵי עֶשְׂרֵה Ios.21. & תְּרֵיתוּךְ Bis inter. in Aruc.

תָּרַךְ & תָּרַד idem quod גרש Eiecit, expulit, eliminauit, repudiauit. Gen.3. Exod.10.& 3 Reg.14. item Deuastauit. Inde תְּרֵיכוּתָא Expulsio. Psalm.78. idem תְּרֵיכוֹנְתָא Expulsio, eliminatio, eiectio. Prouerb.36. Hinc dicti sunt Turchæ, quasi expulsi & exules.

תַּרְכּוֹס idem quod ארגז של עץ Arca lignea, vel secundum alios של עור Pellicea. in Ber.rab.cap.69.& in Aruc.

תַּרְיָק & תְּרִיקָא & תַּרְיָקָא Theriaca, optimum medicamentum. in Aruc.

תָּרַם Fecit primitias. in Schemoth rab. cap.51. inde תְּרוּמָתָא Oblationes, primitiæ. Malach.3. תַּרְמַד vel תַּרְמוּדָא Pauper, colligens ligna vt vendat. in Aruc. & תַּרְמִיל Syrè ܬܪܡܠܐ est כלי עור או בגד שנושאים בו הולכי דרכים Vas coriaceum vel panneum, in quo portant viatores cibaria; saccus,pera. 1 Reg.17.Ruth 2.& Matth.10.

תַּרְמוֹס est מין ירק Species oleris, lupinus. in Ber.rab.cap.11.

תַּרְן & תַּרְנִין Malus nauis. Isa.33. & תַּרְנְגוֹל & Syrè ܬܪܢܓܠ תַּרְנְגָלָא Gallus auis.Iob 3 Matth.26.Marc.14.& Ioh.18. & תַּרְנְגָלָא דְּדַהֲבָא Gallus aureus. Esther 1. in Tharg.Ierosol. & תַּרְנְגֹלֶת Gallina. & תַּרְנְגָלָא בַּרָא Gallus syluestris. idem תַּרְנְגוֹל כַּרְכָּא Iob 38. & Psal.50. & תרנגולת חבור Gallus gallinaceus.in plur.תַּרְנוּגְלִין מְקַרְקְרִין Gallicrocitantes. in Comment. כסא של ג' רגלים Sedes habens tres pedes, tripos. in Aruc. תַּרְנִיתָא est Genus arboris, aliâs תּוּרְנִיתָא in Aruc.

תרנתק

תָּקַע Clanxit buccina, classicum cecinit. Iudic.3. inde תְּקִיעוּתָא Clangor,Psalm.150. idem תְּקִיעָה in Zohare. Inde קָלָא תְּקִיעָה Vox clangens,in Zoh.col.172.in Genes. Secundò תָּקַע Fixit, defixit, infixit.

Tertiò Plausit. Quartò Proiecit.

Quintò Stipulatus est.vt Psalm.47. in Rab. Schelomoch. & תְּקִיעָה Stipulatio.

תָּקַף Roborauit,fortificauit,præualuit, superauit, confirmauit.Gen.1.Exod.3. & Ios.17. in tertia fœmin. תָּקְפַת. Inde מִגְדַּל תַּקִּיף Turris fortis. Iudic.9. in fœminea קִרְיָא תַּקִּיפָא Prœlium forte.1 Reg.15. & תַּקִּיף כְּאַבְנָא Durus vt lapis. Ezech.36. Hinc תּוּקְפָּא Robur. Iud.6. תֻּקְפָּא Fortitudo. Aggæi 2. & Syriacè ܬܩܝܦܐܝܬ Vehementer,valde,admodum,maiorem in modum. Act.18.

Secundò תְּקִיף idem quod רגז Iratus est, excanduit, exarsit ira.Gen.4. Leuit.26. 1 Reg.16.& Psalm.18. inde תּוּקְפָּא Furor, animi vehementia. Psalm.81. idem תְּקוּף & תַּקִּיף Ira, furor, excandescentia. Gen.4. & Leuit.26.

